005652591

K

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Qui sua victuris commiſit nomina chartis,
Notus qui Eois Hesperyſq; plagis:
Sermonis vindex Sancti BUXTORFFIUS ille
Hac parvâ nobis pingitur in tabula.
Altius haud potuit generosa ascendere virtus,
Spernereq; Invidiam, perfide Mome tuam.

L.M.Q.

p. Johannes Screta Schotnovig
a Zavorzib. Praga Boh. M.D.

JOHANNIS BUXTORFI

LEXICON HEBRAICUM ET CHALDAICUM:

Complectens

OMNES VOCES, TAM PRIMAS QUAM Derivatas, quæ in Sacris Bibliis, Hebræâ, & ex parte Chaldæâ linguâ ſcriptis, extant:

INTERPRETATIONIS FIDE, EXEMPLORUM Biblicorum copiâ, Locorum plurimorum difficilium ex variis Hebræorum Commentariis explicatione, auctum & illuſtratum.

Acceſſit

LEXICON BREVE RABBINICO-PHILOSOPHIcum, communiora Vocabula continens, quæ in Commentariis paſſim occurrunt.

Cum INDICE Locorum Scripturæ & Vocum Latino.

EDITIO NOVISSIMA, de novo recognita, & innumeris in locis aucta & emendata.

Cum privilegio Sacræ Cæſareæ Majeſtat. & S. Reg. Polon. atque Electoris Saxoniæ.

BASILEÆ.

In Officina EPISCOPIANA.
ANNO M. DCCXXXV.

Digitized by Google

דִּבְרֵי הַסֵּפֶר אֶל־עֵין הַקּוֹרֵא

אֵלַי סוּרוּ הַבַּחוּרִים קִרְבוּ כָּל הַנְּ־ עָרִים עֲרִים
נוֹפֶת תִּטּוֹפְ־ נָה שִׂפְתוֹתַי עִם אֵלֶּה הַדְּ־ בָרִים בָּרִים
כִּי הוּסְרוּ כָּל־ חַמִּלִּין שֶׁבֵּין כֹּר הַסְּ־ פָרִים פְּרִים
בָּאתִי מוּגֶּרֶת שִׁבְעָתַיִם סָר יְוֵנִי מִשְּׁ־ מָרִים מָרִים
נִסְמַן עָלַי מַרְאֵה מָקוֹם מִמִּלִּין בָּם־ דָּרִים דָּרִים
הַדְּפוּס יָפֶה מִכְלוֹל יוֹפִי לֹא סָר כֵּין הַגְּ־ זָרִים זָרִים
דַּרְכִּי יָשָׁר מִכְשׁוֹל הוּסַר תֶּחֱזוּ בוֹ מֵי־ שָׁרִים שָׁרִים
פִּי הָאִלֵּם אֶפְתַּח אֶפְקַח עֵינֵי כָּל הָ־ עִבְרִים עִוְרִים
רַבִּים אַחְכִּים אִם יִשְׁמְעוּ אִם אַחַר נִמְ־ סָרִים סָרִים
אֶתֵּן לֶקַח בִּמְעַט מֶקַח אֶל־ מִשְׁמַעְתִּי שָׁרִים שָׁרִים׃

Generoſiſſimis ac Illuſtribus

DOMINIS,

D. ADOLPHO,
D. ARNOLDN-JUSTO,
D. GUILHELMO HENRICO } Fratribus germanis,

COMITIBUS in Bentheim, Teklebuig, Steinfurt & Limburg: DOMINIs in Rheda, Weſelinghofen, Alpen & Helffenſtein: LIBB. BARONIBUS in Lennep: Præfectis hæreditariis Colonienſium, &c.

Dominis ſuis clementiſſimis Gratiam & Pacem à DEO precatur

JOHAN. BUXTORFIUS.

I*Nter infinita Dei clementiſſimi in Eccleſiam, cujus & Vos, illuſtres & Generoſ. DD. Comites, tutores eſtis, collata dona, Linguarum donum tantum eſt, ut eo, tanquam medio accommodatiſſimo Dei vivi & veri, cæli terraq́; Creatoris; ipſiusq́; ſanctiſſimi verbi cognitio inter genter infideles, ab Eccleſia & Republica Iſraëlis remotas, eruperit, propagata & conſervata ſit. Primitùs enim Dei cognitio purior & perfectior vigebat tantùm in populo uno, circumſcripta linguâ unâ, nempe He-*

bræâ in populo Hebræo, quem ſolum DEUS *pro ſuo beneplacito, ex omnibus aliis mundi populis, in peculium ſibi elegerat, & Fœdus gratiæ, Verbo ſcripto comprehenſum, cum ipſo inierat. Cùm verò populus iſte, progreſſu temporis, majori ex parte perfidus & refractarius fieret, ſtatuit* DEUS, *pertinaciſſimâ populi malitiâ & ingratitudine offenſus, fœdus ſuum tantùm in reliquis fidelibus conſervare, & in refractariorum locum exteras gentes aſſumere, easq́; ad ſui agnitionem vocare. Hoc mediatè factum, & equidem conſilio* DEI *ſuſpiciendo, ac providentiâ admirabili. Subtraxit Judæis im̃origeris animarum paſtores Prophetas, ſuſtulit Reges tutores corporum, & conſervatores tranquillitatis publicæ. Inde res ipſorum cœperunt magis magisq́; peſſum ire, religio concidere, ſectæ irrumpere, cultus verus* DEI *labaſcere & in fictitium converti. Tunc nulla pax domi, horribilis exagitatio foris: rapiebantur, diſtrahèbantur in vicinas gentes ac inter eas Ægyptiis & Græcis adeò familiares facti ſunt, ut & linguam Græcam ſingulari* DEI *conſilio addidicerint. Interea ſuſcitat* DEUS *animum Ptolomæi, Ægyptiorum regis, quem Philadelphum cognominarunt, ut, cùm eſſet omnium ſcientiarum & ſapientium virorũ amantiſſimus & cupidiſſimus, ac aliquot centena millia librorum ex toto orbe collegiſſet; res quoque Hebræorum ſibi deſcribi, ac maximè Legem ipſorum pernoſcere cuperet. Quid fit? impetrat ab Eleazare ſum̃o Judæorum Pontifice ſeptuaginta*

duos

duos ſelectiſſimos viros, qui S. Scripturam ex Hebræa in Græcam linguam ipſi tranſtulerunt, idq́; circa annum CCLXXX. *ante natum Chriſtum. Rex ingenti gaudio affectus, eos, re benè geſtâ, cum muneribus ampliſſimis Hieroſolymam remittit. Hîc demùm prima fundamenta converſionis gentium infidelium ad* DEUM *jaciuntur; hîc cognitionis* DEI *inter gentes ſparguntur ſemina, quæ paulatim in culmum aſſurgere, & poſtmodum, irrigante Chriſto & Apoſtolis, in ſegetem uberrimam excreſcere debebant: hîc quæ ter mille & aliquot centenos annos à condito mundo gentes latuerant, communi & longè lateq́; tum patente linguâ innoteſcunt: hîc theſaurum ſalutis gentes accipiunt ab iis, qui eas abominabiles, & ne terrâ quidem dignas antea judicaverant. Singulare ſcilicet hoc fuit* DEI *conſilium ut illi ipſi, qui Meſſiam,* CHRISTUM DOMINUM *ſpreturi & rejecturi erant,* CHRISTUM *gentibus amplectendum manifeſtarent: ut Verbum, quod ſibi ſolis à* DEO *concreditum ſemper gloriati erant, nunc ultrò & fideliter cum gentibus communicarent. Scilicet, ut Euſebius ſcribit, ne ſi poſt Chriſti adventum id faciendum fuiſſet, vel ex invidia, quâ ergaChriſtum & Chriſto fidentes laborarunt, Sacram Scripturam occultaſſent, vel corruptam dediſſent, vel illorum, qui verſuri eam fuiſſent, fides dubia apud poſteros ſemper manſiſſet. Quàm avidè autē ea acceptata, & latè divulgata fuerit, docent Chriſti tempora, quibus adeò in Eccleſiis pervulgata erat, ut jam Ver-*

bum DEI planè ab Hebræis ad Græcos tranſiiſſe viſum fuerit. Hæc itaque Verbi divini inter gentiles, per translationem ex lingua Hebræa in linguam Græcam propagati, exoptata & ſalutaria fuêre initia.

CHRISTO in plenitudine temporis mundo exhibitio, ut DEI nomen celebre ab oriente in occidentem uſque redderetur, rurſus beneficio linguarum opus fuit, ut Chriſtus cuique genti & nationi ſecundùm ſuam linguam prædicaretur & innoteſceret, Quocirca anno CHRISTI XXXIV. in feſto Pentecoſtes, Judæis ex omnibus Hieroſolymis congregatis, ac diverſis linguis utentibus, Spiritus Sanctus in Apoſtolos cœlitùs mittitur, & cœperunt loqui aliis linguis, prout Spiritus ille dabat eis effari, *ut eſt Actor. 2. v. 4. ita ut ſingulæ nationes eos ſuâ linguâ loquentes, maximo cum ſtupore audirent & intelligerent. Locuti etiam ſunt poſtea omnium iſtarum gentum linguis, ad quas egreſſi ſunt, ut CHRISTUM prædicarent.*

Poſt Apoſtolos Verbum DEI *ſcriptum, Veteris quidem Teſtamenti, Septuaginta interpretum Verſione Græcâ, Novi autem ab Evangeliſtis & Apoſtolis itidem Græcâ linguâ comprehenſum, in Eccleſiis populi* DEI *permanet, cujus puritas beneficio linguæ Hebraicæ conſervata fuit.*

Circa añum Chriſti CXXIX. *ſub Imperatore Aelio Hadriano*, Aquila Ponticus *ex gentili Chriſtianus, ex Chriſtiano Judæus factus, Judæorum linguam,*

guam, id eſt, Hebraicam diſcit, ac de novo Vetus Teſtamentum ex Hebræo in Linguam Græcam transfert. De hoc Hieron. in Epiſt. ad Pammachium ; Aquila proſelytus & contentioſus interpres, non ſolùm verba, ſed etymologias verborum transferre conatus eſt, *&c. Et Comm. in Jeſajam cap.* 4. De Aquila autem non miror, quòd homo eruditiſſimus linguæ *HEBRAICÆ* & verbum è verbo exprimens, &c.

Anno Chriſti CLXXX. *ſub Imp. Commodo innotuit* Theodotionis Pontici *interpretatio Græca, de qua Epiphanius lib. de Menſuris :* Poſt hunc circa ſecundi Commodi regnum, Theodotion quidam Ponticus, ex ſectatoribus Marcionis hæreſiarchæ Sinopitæ, infenſus & ipſe illius hæreſi, & ad Judaiſmum declinans & circumciſus & *HEBRÆORUM* linguam ipſorumque elementa edoctus, privatim etiam ipſe interpretationem, & pleraque conſonanter cum Septuaginta duobus, edidit.

Anno Chriſti CC. *ſub Imperatore Severo* Symmachus, *à Samaritanis ad Judæos in Chriſtum credentes (appellantur Judæi, quòd circumciſionem retinerant) deficiens, novam Sacræ Scripturæ interpretationem Græcam edidit.* De *hoc Hieron. in cap.* 22. *Jerem. ſcribit, quod* non verbum ex verbo, ut ante ipſum Aquila, ſed ſententias ſententiis, juxta intelligentiæ ordinem, expreſſerit.

Anno Chriſti CCXIX. *Imper. Anton. Caracalla, ſcribit Epiphanius, inventam eſſe in urbe Jericho aliam Sacræ Scripturæ ex HEBRÆO in Græcum interpretationem, quæ* Quinta editio *appellata fuit.*

Anno Chriſti CCXXX. *denuò nova reperta eſt Interpretatio, quæ* Sexta editio *dicta. De hac Epiphanius citato libro:* Poſt hunc regnavit Alexander filius Mameæ annos tredecim: in medio horum temporum inventa eſt Sexta editio in Nicopoli ad Orientem ſita.

Origenes *circa hæc tempora ſtudio conſervandæ Sacræ Scripturæ in Eccleſia ductus, conjunxit primùm quatuor priores Græcas,* LXX. *Aquilæ, Theodotionis & Symmachi, ita ut columnis oppoſitis ſibi reſponderent; eaq; appellata fuêre* Biblia Tetrapla. *Poſtmodùm præmittens illis textum Hebraicum Hebraicis characteribus ſcriptũ & eundem Græcis literis exaratum, appellavit ea* Hexapla. *Denique cùm inventæ eſſent Quinta & Sexta editiones, eas quoque prioribus diſtinctis columnis, addidit; unde emanarunt* Octopla, *ut Epiphanius dicto loco prolixè explicat.*

Circa añum Chriſti CCC. *& paulò ulterius,* LXX. *Interpretũ translatio emendata fuit per* Lucianum Martyrem & Heſychium. *De his Hieronymus in præf. lib. Paral. ſic ſcribit,* Alexandria & Ægyptus in Septuaginta ſuis Heſychium laudat autorem: Conſtantinopolis uſque Antiochiam, Luciani

ciani martyris exemplaria probat: Mediæ inter has Provinciæ Palæſtinos Codices legunt, quos ab Origene elaboratos Euſebius & Pamphilus evulgaverunt, totusque orbis hac inter ſe trifariâ varietate compugnat. *De Luciano Martyre ſcribit Euſebius:* Ipſe omnes libros ſacros rurſus ſumpſit, & ex lingua renovavit Hebraica, quam ipſam ſciebat quoque accuratiſſimè, in eis corrigendis plurimum laboris conferens.

Circa annum Chriſti CCCC. Hieronymus Stridonenſis, *omnium Chriſtianorum primus, cùm ante viginti annos Hieroſolymis à Judæis linguam Hebræam diſcere cœpiſſet, Biblia Hebræa in Latinam tranſtulit, & in occidentales Eccleſias Verbum* DEI *propagavit. Translatio ipſius longè lateq; ab Eccleſiis acceptata fuit. Poſt Hieronymi tempora ſtudium linguarum ſacrarum diu ceſſaſſe videtur: unde non tantùm Translatio ipſius graviores depravationes paſſa eſt, quàm nunquam antea Biblia Græca (quæ ſubinde habuêre) ſed & in univerſa doctrina Eccleſiæ, horrendæ tenebræ obortæ ſunt, quæ ad mille ferè años durarunt.*

Anno Chriſti M. CCC. Nicolaus Lyranus *Hebraicè periti ſſimus, Biblia Latina comentariis quidem illuſtravit, at de textu Latino cum fonte Hebræo conferendo, parum aut nihil ab eo tentatum eſt.*

Tandem DEUS, *clementer Eccleſiæ ſuæ miſertus, excitavit circa annum* M. D. *linguarũ ſtudioſiſſimos & peritiſſimos viros, qui turbatorum lacuum*

pertæſi. Scripturam ſacram ex fontibus Hebræis abluerunt, eamque vero ſuo nitori reſtituere, agminatim conati ſunt.

Anno Chriſti M. D. XV. *in Hiſpania prodiit inſigne* Opus Biblicum Complutenſe *ſtudio* Franciſci Ximenii, *Archiepiſcopi Toletani.*

Sequenti anno editum eſt in Italia Pſalterium Octoplum, *Hebraicè, Gracè Arabicè, Chaldaicè, cum tribus verſionibus Latinis, & commentario ex Hebræis potiſſimum Scriptoribus elaborato. per Aug.* Juſtinianum Genuenſem, *Epiſcopum Nebienſem.*

Anno Chriſti M. D. XXVIII. *in Gallia* Santes Pagninus Lucenſis, *poſt Hieronymum primus Biblia Hebraa integra in Latinum fideliſſimè convertit.*

Anno M. D. XXXIV. *in Germania* Sebaſtianus Munſterus, *& paulo poſt*, Sebaſtianus Caſtalio, *ſimiliter magnâ fide & diligentiâ Biblia Hebræa Latinè interpretati ſunt.*

Anno M. D. XLIII. *prodiit Verſio Latina* Leonis Judæ, *Theologi Tigurini, religione & fide ſummâ elaborata.*

Anno M. D. LXVIII. *inſecuta ſunt* Biblia Regia Hiſpanica, *Hebraica, Chaldaica, & Græca, cum totidem Latinis verſionibus, ſtudio incredibili, labore & diligentiâ admirabili, ac laude Regis ſempiternâ, per Ariam Montanum adornata.*

Poſtremò, viri incomparabiles Immanuel Tremellius & Franciſcus Junius, *ſuam quoq; Verſionem,*

nem, perpetuis textus notis diligentiſſimè illuſtratam, Eccleſiæ exhibuerunt. Præter hoſce publicos in univerſã Eccleſiã redundantes labores, privatim etiã ſingulæ penè nationes, in ſua lingua vernacula Verſiones biblicas hoc ſeculo conſecutæ ſunt.

Vidimus Verbum DEI*, per beneficium cognitionis linguæ Hebraicæ, inde à tempore* LXX. *Interpretum, à tribus ſcilicet fermè ſeculis ante natum Chriſtum, in ſua puritate conſervatum, aut, cùm longinquitate temporis & librariorum incuriâ depravatum eſſet, ad ſuam puritatem, quantum quidem divina gratia humanæ conceſſit induſtriæ, ad hæc uſq; tempora reductum eſſe. Quanta itaq; laude digni ſunt etiam illi, qui ſtudium Hebraicũ inter Chriſtiano illuſtrarunt & propagarunt; Inter hos poſt Hieronymi tempora Chriſtianorum primus fuit* Joh. Capnion *Phertzenſis, vulgò* Reuchlin *dictus, V. J. D. & Max. Imp. ac Eberhardi primi Wirtebergenſis Ducis conſiliarius & totius Sueviæ Triumphir. Hic An. Chriſti* 1494. *edidit librum de verbo mirifico, arcanâ Hebræorum ſapientiâ refertur: An.* 1506. *Grammaticam & Lexicon Hebraicum, & decennio poſt, Libros tres de arte Cabaliſtica. Hunc attigerunt in Hiſpania* Petrus Galatinus: *in Italia* Felix Pratenſis, Daniel Bombergus, Elias Levita *Judæus Germanus Romæ tunc degens: in Gallia* Santes Pagninus, Guilhelmus Poſtellus, Franciſcus Vatablus. *Subſecuti ſunt* Joh. Mercerus, Cornelius Bertramus, Ant. Rodolphus Cepha-

Cephalerius: *in Germania* Sebaſtianus Munſterus, Johannes Forſterus, Paulus Fagius, Johannes Avenarius *& plurimi alii, qui vel Præceptis vel Lexicis, vel utroque, Hebraicum ſtudium mirum in modum propagarunt. Adeò potens iſto ſeculo fuit* DEI *erga Eccleſiā ſuam gratia, ad tam denſas mille annorum tenebras diſcutiendas & profligendas.*

Jam verò, ut ad vos, Illuſtres & Generoſiſſ. D. D. Comites, propiùs ſermones dirigam, cum Divinæ providentiæ placuerit, me ex omnibus minimum ad docendam linguam Hebræam in celeberrima Baſilienſi Academia vocare, ſtudui pro viribus Spartam nactam exornare, & aſſiduitate augere. Etſi autem meæ mihi tenuitatis in hiſce ſtudiis probè conſcius ſim, tamen monente Apoſtolo, Ut quiſque accepit donum, ita alius in alium illud ſubminiſtrantes, boni eſtote diſpenſatores variæ Dei gratiæ, 1. Pet. 4. v. 10. *volui quoque qualiacunque dona, mihi ex gratia conceſſa, ad publicam utilitatem conferre. Adornavi nunc breve hoc LEXICON HEBRAICUM & CHALDAICUM ad uſum ſtudioſorum Theologiæ, qui magnæ molis libros circumferre nequeunt. In eo voces omnes Veteris Teſtamenti, quatenus illud Hebraicè, & ex parte Chaldaicè conſcriptum, fidâ curâ explicantur. Non pauca etiam loca obſcura & difficilia illuſtrantur. In ſubſidium adhibui Chaldæos & Hebræos interpretes, priſcos & recentiores, quotquot mihi illorum copia eſſe potuit. Ex illorum authoritate quàm ſæpiſſi-*

piſſi-

piſſimè lux infertur locis ab interpretibus noſtris diverſimodè redditis. Huncce meum laborem qualemcunque, Vobis, Generoſiſſimi D.D. Comites inſcribere & dedicare volui, tùm, ut eſſet teſtimonium publicum memoris & grati mei animi, pro favore ſum̃o ac ſingulari multiplicíq; benevolentiâ & clementiâ erga me veſtrâ, quam ante viginti annos primùm in illuſtri Schola Naſſovia, deinde hîc Baſileæ, poſtremò etiā Argentinæ, magno meo cum gaudio expertus ſum. Quæ benevolentia Veſtra, ut perpetuā apud me memoriā promerita eſt, ita eandē quoq; in poſterum erga me conſtantem futurā, haud dubius ſpero. Altera cauſa, quoniā Divina clementia Vobis dedit, ut ſitis in eorum numero, qui Eccleſiæ & Scholarum fidi & liberales dicuntur & ſunt nutritiì; quâ virtute quæ major in principe & in eminentia conſtituto Dominatore eſſe poteſt? Præclarum profectò κατόρθωμα per Inclytum Parentem veſtrum D. ARNOLDUM bened. mem Filius DEI *præſtitit, quòd ſublato in ſublime VERITATIS VEXILLO Eccleſiam inter tot turbas & im̃ania rerum diſcrimina reformarit, & Illuſtrē SCHOLAM STEINFURTANAM, inter tot hoſtiles incurſiones, direptiones, depopulationes prudenter fundarit, liberaliter ornarit, feliciterq́; erexerit. Eo non tantum pietatis in* DEUM, *& fidei in patriam fidosq́; ac charos patriæ accolas, ſed & benevolentiæ erga exteros remotiores, teſtimonium editum eſt luculentiſſimum. Vigent enim*

illic nunc variæ doctrinæ erudita ſtudia, aluntur præcipuis Scientiis viri Clariſſimi & Doctiſſimi, confluunt undique Juvenes & Studioſi literarum flagrantiſſimi. Audivi, vidi, novi, qui non tantùm ex hiſce Helvetiæ partibus ſed & ex aliis nationibus inde redeuntes, liberales ſtudiorum fructus illic acquiſitos prædicarent. Hanc laudem Pietate fundatam in longinquum profitebitur ſubſecutura poſteritas. Quare cùm Vos ipſi, Generoſiſſ. Comites, variarum linguarum & rerum cognitione optimè imbuti ad pietatis & doctrinæ præclara ſtudia conſervanda, cùm Paternâ inſtitutione, tum proprio pietatis zelo, ſummè propenſi ſitis, optimam ſpem concipio, fore ut & hoſce meos conatus ad ſtudium Theologiæ, quod in vera intelligentia Verbi divini, linguâ Hebrææ & Græcâ conſcripti, fundamentum habet, promovendum, benignè & clementer approbaturi ſitis. Quod cum de Vobis intellexero, abundè magnum horum ſtudiorum fructum conſecutus videbor. Oro autem Filium DEI, Jeſum Chriſtum, ut det Vobis diu videre Terram veſtram Pace, Concordiâ, Religione, Diſciplinâ florentem ad DEI gloriam & Eccleſiæ bonum. Scripſi Baſileæ 17. Auguſt. Anno Domini M.DC.VII.

PRÆFATIO CLAR. BUXTORFII AD Lectorem, Editioni ſextæ præmiſſa.

EN vobis ſextam, ex benedictione Divina. Lexici hujus editionem. Felix hæc diſtractio inescavit alios, ut illi quoque huic prædæ inhiarent.

Eam

Eam enim dum paramus, fama ad nos defert, Franekeræ idem & eâdem excudi formâ. Neque ea vana fuit. Brevi enim poſt, accepto trium foliorum ſpecimine, plena rei fides nobis facta fuit, ut jam ad ſufflaminandum illum conatum nihil amplius fuerit conſilii. Non jam facti hujus enormitatem, quod facilè poſſem, exaggerabo. Charitati, quà profitemur, repugnat cum proximi diſpendio ſuum quærere compendium: Juri & juſtitiæ, alienum ſibi, invito & inſcio Domino vendicare, falcemque ſuam in alienam meſſem mittere. Hactenus à nobis opera data fuit, ut nec de exemplarium defectu, nec de pretii æquitate, nec de characterum nitore, nec de ahartæ bonitate (in poſtremis preſertim editionibus,) neque etiam de correctione, juſta conquerendi cauſam quiſquam habere poſſet. Ut planè neſciam, quid novæ hujus editionis authores ad hoc permoverit, niſi αἰσχροκερδία. Verùm benè habet: at plerunque accidit, ut quæ præter jus & fas tentantur, ſucceſſibus & benedictione Divinâ careant, imò in noſtram perniciem cedant & convertantur: ita idem hîc quoque deprehendimus. Ex trium enim illorum foliorum, ad nos miſſorum, (literarum G, K, L, ex primo alphabetho) inſpectione & perluſtratione, animadvertimus illam talem eſſe, ut nemo, qui eam vel primo intuitu adſpexerit, & cum Baſileenſi contulerit, eam ſit huic prælaturus, nedum ſi penitiùs introſpexerit. Characteres Hebræi uſu & vetuſtate ſunt attriti, ut literarum & punctorum figuras paſſim vel non perfectas, vel maculoſas exprimant: Unde magnæ tyronibus præſertim, difficultates objiciuntur, Et, ſi maximè novi eſſent, tamen ad noſtrorum elegantiam ne ſic quidem accederent. Baſileenſis editio triplices exhibet characteres; Majuſculos, quibus radices; Minuſculos, quibus derivata; minores, quibus exempla

exempla adducta ſunt expreſſa: In Franekerana nonniſi duplices deprehendimus. Ut illud taceam, quod non debita ſit inter characteres Hebræos & Latinos proportio; unde inſignis deformitas oritur, à quovis, etiam rerum typographicarum imperito, deprehendenda.

Quod verò ad internam formam attinet, illâ prorſus caret ac deſtituta eſt, adeò ut ſit inſtar putidi ac fœtidi cadaveris, omni vitâ deſtituti. Qui correctioni præfuit, neque ſuam in hoc laboris genere probavit peritiam, neque diligentiam debitam adhibuit. Miratus ſum, cùm impreſſum, quod imitarentur, exemplar ante ſe habuerint, tot potuiſſe ab operis typographicis σφάλματα committi, nedum à correctore relinqui. In tribus memoratis folis quidem tantam inveni erratorum ſegetem, ut ſi (de quo non dubitandum) cætera ejusdem ſint generis, plauſtrum integrum ex toto opere ſit convectaturus, qui huic meſſi operam ſuam impendere voluerit. Id ne ex præpoſtero affectu à me dici videatur, oculis veſtris ſubjicitur Catalogus erratorum in tribus foliis deprehenſorum, iſque non accuratè & rigidè, vel ad invidiam collectus: longè plura enim, ſecundùm leges typographicas, annotanda fuiſſent. Ex iis facilè erit de toto opere judicare. Neque puto jam ulteriùs neceſſarium eſſe, ut Emptoribus editionem illam Franekeranam pluribus verbis vel argumentis diſſuadeam, vel Baſileenſem, meâ curâ, à capite ad calcem, correctam & reviſam, commendem. Qui mercis probæ ab improba diſcrimen exploratum habet, nunquam ſi ſapiet, hanc illi præferet: En ergo ejus notas & characteres, &c. &c. *Videatur ſexta Editio.*

JOHAN-

JOHANNIS BUXTORFI
LEXICON HEBRAICUM ET CHALDAICUM.

א

אבב אָבִיב *Nomen maſc.* Culmus, Spica mutica, *Exod.*9.31. Ariſta virens, *Lev.*2.*v.*14. *Inde menſis* אָבִיב *Exod.*13.4. Abhibh, *id eſt*, Martius, *quaſi menſis Spicarum, quia hordeum tunc fuit ſpicatum, Exod.*9.31. אֵב *m.* Viror, Virens, Fructus recens; *forma* קֵן Cum Affixo, בְּאִבּוֹ *In virore ſuo, Job.*8.12. Plurale conſtructum, בְּאִבֵּי הַנַּחַל *In virentia vallis, Cant.* 6. 10.

אִנְבָּא, אֵבָּא Chald. Idem: Aff. וּבַדַּרוּ אִנְבֵּיהּ Et diſpergite fructum ejus, *Dan.* 4. *v.*11. וְאִנְבֵּהּ Et recens fructus ejus, *Dan.*4.9. *ubi* נ *eſt loco Dageſch. Radix* אָבַב Primum vel præcocem fructum producere, *legitur in Targum, Hoſ.* 9. 10.

אבד Periit, Interiit: Partic. Benoni אֹבֵד *Periens, vel Perdita, Deut.*32.28. *in Pathach propter conſtructionem, ut Aben Eſra recenſet.* Futur. יֹאבֵד *Peribit, Proverb.*19.*v.*9. *in Tzere propter pauſam.* Chald Futur. יֵאבַדוּ Peribunt, *Jerem.* 10. *v.*11. Pih. אִבֵּד Perire fecit

Perdidit: Futurum. וָאַבֶּדְךָ *Et perdidi te, Ezech.*28.16. *pro* וָאֲאַבֶּדְךָ *euphoniæ cauſâ.* Hiph. Præterit. וְהֶאֱבִיד *Et perdet. Num.*24.19. Fut. אֹבִידָה *Perdam, Jerem.* 46. 8. א *radicali abjecto, & cholem ex forma Kal, vel certè Chaldaicâ, aſſumpto.* Chald. Infinit. לְהוֹבָדָה Ad perdendum, Dan. 2. 12. & in *Aleph,* לְהוֹבָדָא v. 24. Futurum, תְּהוֹבֵד Perdes, v. 24. יְהוֹבְדוּן Perderent, v. 18. in quibus א radicale mutatum in ו, & ה characteriſticum ex Hebraiſmo ſervatum, loco א. Hoph. Præterit. הוּבַד Perditum fuit, Dan. 7. 11.

אֹבֵד *m.* Perditio, *Num.*24.20. *Pſal.* 119. 176. *Quibuſdam manet Particip. Kal. Eſt formæ* שׂוֹרֵק *Vitis generoſa.*

אֲבֵדָה *f.* Res perdita, ſive amiſſa, *Levit.* 6. *v.* 3. Conſtructum, לְכָל־אֲבֵדַת אָחִיךָ *Omni rei amiſſa fratris tui, Deut.* 22. *v.* 3.

אֲבַדּוֹן *m.* Perditio, Perditionis locus, Interitus, *Jobi* 28. 22. *Prov.* 15. 11.

אֲבַדֹּה *f.* Idem, *Prov.* 27. 20, *quod legitur* אֲבַדּוֹ.

אָבְדָן *m.* Idem: Conſtr. בְּאָבְדַן מוֹלַדְתִּי *In perditionem cognationis meæ, Eſth.* 8. 6. *juxta Aben Ezram.*

אַבְדָן *m.* Idem, *Eſth.* 8. 4. *quod juxta R. D. Kimchi poſſit eſſe Infinitum Pihel,* ן *paragogico, & Dageſch ejecto.*

אָבָה Voluit, Acquievit; *Conſtruitur ſæpè cum Dat. & ferè additâ negatione:* Præt. לֹא אָבָה לִי *Non acquievit mihi, Pſal.* 81. 12. וְלֹא אָבוּא *& non voluerunt Jeſ.* 28. 12. *cum* א *paragog.* Fut. אַל תֹּבֵא *Ne acquieſcito, Prov.* 1. 10. *ubi prima radicalis abjecta, & tertia in* א *mutata eſt.*

אָב *m.* Pater, *à propenſa Voluntate erga liberos, quaſi Benevolus dictus: Item* Autor, Inventor *primus, Geneſ.* 4. *v.* 20. Doctor, 2. *Reg.* 2. 12. *id eſt,* רַבִּי *juxta paraphraſten Chaldæum:* Socer, *affinitate pater,* 1. *Sam.* 24. 12. *Tribuitur*

buitur & Regibus, Principibus, Heris, Dominis, qui officio ſuis miniſtris, ſubditis aut domeſticis, Patrum loco ſunt, ut 2.Reg.5.13. Denique includit & Avum *&* Proavum: *& pluraliter, quoslibet Majores:* Conſt. אֲבִי *& bis,* אֲב, *Geneſ.*17.5. Aff. אֶת־אָבִי *Cum patre meo, Gen.* 19. 34. *cum Kametz ad differentiam forma conſtructa.* Plur. אָבוֹת Patres, Majores; Conſtr. אֲבוֹת: Affixum, אֲבֹתַי *Patres, vel Majores mei, Pſal.*39.13. Chald. אַב: Aff. אֲבוּךְ Pater tuus, Dan.5.11. אֲבוּהִי Pater ejus, Dan.5.2. אֲבִי Pater meus, verſ. 13. *Plurale,* אֲבָהָתִי Patrum meorum, Dan.2.23. cum Chirek loco Pathach: אֲבָהָתָךְ Patrum tuorum, Eſræ 4. 15. אֲבָהָתַנָא Patres noſtri, Eſræ. 5. 12.

אֵבֶה *m.* Voluntas, Deſiderium: עִם אֳנִיּוֹת אֵבֶה. *Cum navibus deſiderii, Job.*9.26. *id eſt velocibus, in quibus homines citò compotes fiunt Deſiderii ſui, perveniendo quò volunt & deſiderant, ut explicat R. Levi Gerſon, & R. David in lib. Rad.*

אֶבְיוֹן *m.* Egenus, *quaſi Deſiderans dictus: cùm enim ſit pauper & bonis deſtitutus, ſemper habere Deſiderat, ſcribit R.Sal.Exod.*23.6.*Deut.*15.4.Aff. אֶבְיֹנְךָ *Egeni tui, Exod* 23.*v.*6. Plur. אֶבְיוֹנִים & Conſt. וְאֶבְיֹנֵי *Egeni, Exod.* 23.11. Aff. אֶבְיוֹנֶיהָ *Egenos ſuos, Pſal.* 132. 15.

אֲבִיּוֹנָה *f.* Appetitus, Concupiſcentia, *Eccleſ.* 12. 5.

אֲבוֹי Heu, Eheu, *Prov.* 23. 29.

אָבִי Ah, ô, *Optandi & deſiderandi affectum ſignificans, Job.* 34.36. *Quibuſdam, Voluntas mea: Pater mi.*

אבח אִבְחַת *f.* Cuſpis, Mucro: Conſtr. אִבְחַת חָרֶב *Mucronem gladii, Ezech.*21.20. *Interpretes Hebrai variant: alius* Terrorem, *alius* Mactationem, *alius* Clamorē *exponit, reſpiciendo ad Radices,* בעת, טבח, נבח, *per literarum commutationem.*

אבט אֲבַטִּחִים Pepones. *Quidam volunt eſſe Nomen quatuor literarum. Vide infrà in* בטח.

אבך Hithpah. הִתְאַבֵּךְ Elevari, Elevare ſe: Futur. יִתְאַבְּכוּ *Elevabunt ſe, juxta Aben Eſram, Jeſa. 9. v. 18. Quidam, In minutiſſimum pulverem abibunt, quaſi ab* אָבָק*, Caph & Koph permutatis.*

אבל Luxit, In luctu fuit: *Tribuitur etiam metaphoricè Inanimatis.* Præter. אָבַל תִּירוֹשׁ *Luget muſtum, Jeſa. 24. 7.* Hiph. הֶאֱבִיל Lugere fecit, Luctum attulit. Præt. הֶאֱבַלְתִּי *Luctum attuli, Ezech. 31. 15.* Fut. וַיַּאֲבֶל־חֵיל *Et luctum attulit munitioni, Thren. 2. 8.* Hithpah. Præt. הִתְאַבֵּל *Luxit, 1. Sam. 15. 35.*

אָבֵל *m.* Lugens, *at 1. Sam. 6. 18. juxta paraphraſten Chald. & R. Sal. ponitur pro* אֶבֶן Lapis, *ut ex v. 15. liquet. Eſt &* Proprium nomen loci, *à Luctu ſic dicti Geneſ. 50. v. 11.* Conſtr. כַּאֲבֶל־אֵם *Sicut lugens matris, Pſ. 35. 14.* Plur. אֲבֵלִים *Lugentes*: Conſtr. לַאֲבֵלֵי צִיּוֹן *Lugentibus Tzionis, Jeſa. 61. 3.* Fœm. Plural. אֲבֵלוֹת *Thren. 1. 4.*

אֵבֶל Luctus, *Gen. 27. 41.*

אֲבָל At, Aſt, Sed, Verùm, Veruntamen, Immò.

אובל *Vide in* יָבַל.

אבן אֶבֶן *f.* Lapis; *metonymicè*, Pondus, *Deut. 25. v. 13.* Perpendiculum: Maſſa, *ut Lapis plumbi. Zach. 5. 7. Lapis ſtanni, Zach. 4. 19.* Aff. אַבְנוֹ *Lapidem ſuum, 2. Reg. 3. 25.* Chald. אֶבֶן Lapis, Eſræ 5. 8. *& forma emphatica,* אַבְנָא *Dan. 2. 34.* Plur. אֲבָנִים Lapides, Pondera, Perpendicula: Conſtr. אַבְנֵי שֹׁהַם *Lapides onychis, Exod. 28. 9.* Aff. אַבְנֵיהֶם *Lapidum eorum, Neh. 4. 3.* אֲבָנֶיהָ *Lapides ejus, Deut. 8. 9.*

אָבְנַיִם *m. d.* Sellæ parturientium, *juxta R. Sal. Exod. 1. verſ. 16. Sella, tabula figulorum, Jer. 18. v. 3. Forma dualis dupla forma ſervit; plicatæ enim circumgeſtantur commoditatis cauſâ*

אבנט

אַבְנֵט *m.* Balteus, *Levit.*8.13. Aff. וְאַבְנֵטְךָ *Et balteo tuo. Jeſ.* 22.21. Plur. אַבְנֵטִים *Exod.* 28.40.

אבס Saginare: Particip. Pahul, אָבוּס *Saginatus, Prov.* 15.17. Plur. אֲבוּסִים 1. *Reg.* 4.23.

אֵבוּס *m.* Præſepe, *quaſi Saginatorium:* בְּאֵין אֲלָפִים אֵבוּס בָּר *Cùm non fuerint boves, præſepe mundum eſt, Proverb.* 14.4. Plur. cum affix. אֲבוּסֶיךָ *Præſepia tua, Job.* 39.12.

מַאֲבוּסִים *m.p.* Granaria: Aff. מַאֲבֻסֶיהָ *Granaria, Horrea ejus, Jer.* 50.26.

אבק אָבָק *m.* Pulvis, Pulviſculus: Conſt. אֲבַק רַגְלָיו *Pulvis pedum ejus, Nah.*1.3. Aff. אֲבָקָם *Pulvis eorum, Ezech.* 26.10.

אֲבָקַת *f.* Idem: *unde* Conſtr. מִכֹּל אַבְקַת רוֹכֵל *Præ omni pulvere aromatarii, Cant.* 3.6.

נֶאֱבַק Niph. Luctari, *quòd hoc in pulvere fieret: Unde* Fulvâ luctantur arenâ, *apud Virgil.* In arenam deſcendere. Futurum, וַיֵּאָבֵק *Et luctatus eſt, Gen.*32.24. Infin. cum Aff. בְּהֵאָבְקוֹ *In luctando ipſum, Gen.*32.25.

אבר אָבִיר *m.* Robuſtus, Fortis, Potens, Validus: Conſtr. אֲבִיר יַעֲקֹב *Robuſtus Jacobi, Gen.*49.24. אֲבִיר יִשְׂרָאֵל *Fortis Iſraëlis, Jeſ.*1.24. Apud Rabbinos, אִבֵּר *Roborare, Obfirmare.*

אַבִּיר *m.* Idem: כַּאבִּיר *Ut potentiſſimus, Jeſ.* 10.13. *pro* כְּאַבִּיר *& juxta Maſorethas legendum* כַּבִּיר. Plur. אַבִּירִים Robuſti: *ſynecdochicè* Tauri, Juvenci, Equi, *quòd his Robur competat: unde* Fortes invertant tauri, *apud Virgil. Et,* Non fortitudine equi delectatur, *Pſ.*147.10. Conſtr. אַבִּירֵי בָשָׁן *Robuſti juvenci Baſchanis, Pſ.*22.13. Aff. אַבִּירַי *Fortes meos, Thren.* 1.15.

אֵבֶר *m.* Penna, Ala, *quod in iis Robur avium ſit:* אֵבֶר כַּיּוֹנָה *Alas quaſi columbæ, Pſal.* 55.7.

אֶבְרָה *f.* Idem, *Job.* 39.*v.*16.Aff. אֶבְרָתוֹ *Alas ſuas, Deuteronom.*32. *v.*11.plur. cum Aff. אֶבְרוֹתֶיהָ *Penna ejus*, *Pſal.* 68. 14.

הֶאֱבִיר *Hiph.* Volare, Futurum, יַאֲבֶר־נֵץ *Volabit accipiter, Job.* 39. 29.

אגד אֲגֻדָּה *f.* Faſciculus; *metaphoricè*, Cuneus, Agmen militum: Conſtr. אֲגֻדַּת אֵזוֹב *Faſciculus hyſſopi, Exod.*12.*v.*22.Aff. וַאֲגֻדָּתוֹ *Et cuneum ſuum, id eſt, hominum & animalium turmas, Amos* 9. *verſ.* 6. Plur. אֲגֻדּוֹת Faſces, Sarcinæ, *Jeſ.* 58. 6. *Quidam deducunt à* גדד. *ut tradit Aben Eſra, Gen.*7. 11. *unde &* גְּדוּד Turma.

אגז אֱגוֹז *m.* Nux, *juxta Hebræos interpretes communiter, Cant.* 6. 10. *Quidam,* Tonſio, Putatio, Collucatio, *quaſi à* גָּזַז.

אגל אֵגֶל *maſc.* Gutta: Plur. Conſtr. אֶגְלֵי טָל *Guttas roris, Job.* 38.28. *Ab.Eſra vult,* א *eſſe formativum: R. Levi explicat per* טִיפֵי.

אגם אֲגַם *m.* Stagnum *Jeſa.* 35.*v.*7. Plural. אֲגַמִּים *Stagna, Jeſa* 42.15.Conſtr. וְאַגְמֵי מַיִם *Et ſtagna aquarum, Jeſ.*14.23.Aff. אַגְמֵיהֶם *Stagna eorum, Exod.*7. *v.* 19. *ex quibus Dageſch euphoniæ causâ ejectum eſt, aut ſunt à forma* אֲגָמִים *inquit Kimchi. R.Sal.hic ſcribit:* אגם *eſt collectio aquarum non ſcaturientium neque fluentium, ſed ſtantium in loco uno.*

אַגְמוֹן *m.* Juncus, *à Stagnis, in quibus creſcit, Jeſ.* 58. *v.* 5. Cortina, Ahenum *majus, Job.* 41. 11. *quomodo &* יָם Mare, *ad vas amplum refertur, ut eſt ſuo loco: Aben Eſra, Stagnum, ex aëris calore fumans.*

אגן אַגָּן *f.* Crater. *Cant.* 2. 7. Plur. בָּאַגָּנוֹת *In crateribus, Exod.* 24. 6. *Jeſ.* 22. 24.

אגף אֲגַפִּים *maſc.* Plural. Alæ; *metaphoricè*, Agmina, *quomodo Latinis* Alæ equitum, Alæ legionum

gionum *dicuntur*. Aff. אֲגַפָּיו *Agmina ejus*, *Ezech.* 12. *v.* 14.

אגר Collegit, Congeſſit, Comportavit: Præter. אָגְרָה בַקָּצִיר *Comportat in meſſe*, *Prov.* 6. 8. Part. אֹגֵר בַּקַּיִץ *Congregans in æſtate*, *Prov.* 10. 5.

אֲגוֹרָה *Vide in* גרר: *Quidam tamen hinc deducunt, quaſi ſit forma* בְּשׂוֹרָה: *Vide R. David in Michlol.*

אִגֶּרֶת *fœm.* Epiſtola literæ, *ſic dicta quòd in ea variæ res Comportentur*, *Nehem.* 6. 5. Chald. אִגְּרָא f. Epiſtola Eſr. 4. v. 8. Emphat. אִגַּרְתָּא v. 12. & ſine א in fine, Eſr. 5 6. Plur. אִגְּרוֹת *Epiſtolæ*, *Neh.* 2. 7. Aff. אִגְּרוֹתֵיהֶם *Literas ſuas*, *Neh.* 6. 17.

אֲגַרְטָל *m.* Pelvis, Pollubrum: Plur, Conſtr. אֲגַרְטְלֵי זָהָב *Pelves aureæ*, *Eſra.* 1. 9.

ארב Hiph. הֶאֱרִיב Cruciavit. Inſin. וְלַאֲדִיב *Et ad cruciandum.* 1. *Sam.* 2. 33. *Vide* דָּאַב.

אדם Rubere, Rubrum, Rufum eſſe: Præt. אָדְמוּ *Rubebant*, *Thren.* 4. 7. Pyh. Part. מְאָדָּם *Rubricatus*, *Nah.* 2. 3. Plural. מְאָדָּמִים *Rubricata. Rubefacta*, *Exod.* 25. 5. Hiph. Futur. אִם יַאְדִּימוּ *Si rubra fuerint*, *Jeſa.* I. *v.* 18. Hithp. Futurum, כִּי יִתְאַדָּם *Cum rubeſcit*, *Proverb.* 23. 31.

אָדֹם *m.* Ruber, Rufus, Rubicundus: Plural. אֲדֻמִּים *Rubentes*, 2. *Reg.* 3. 22. Fœm. אֲדֻמָּה *Rufa*, *Num.* 19. 2.

אֹדֶם *m.* Pyropus, Rubinus, *lapis pretioſus*, *Exod.* 28. 17. & 39. 10. *Ezech.* 28. 13.

אָדָם *m.* Homo, *quia fuit creatus* עָפָר מִן הָאֲדָמָה *Pulvis ex terra*, *Geneſ.* 2. *v.* 7. *Interdum generalitatem utriuſque ſexus ſignificat*; *interdum diſtributivè*, Quiſque *ut Levit.* 1. *v.* 2.

אֲדָמָה *c.* Terra, *culta propriè, Rubri ſive argillacei coloris*: Conſtr. אַדְמַת קֹדֶשׁ *Terra ſanctitatis*, *Exod.* 3. 5. Aff. עָבַר

אַרְמָתוֹ יִשְׂבַּע לָחֶם *Colens terram ſuam ſaturabitur pane, Prov.* 12. 11. Plur. אֲרָמוֹת *Terra, Pſal.* 49. 12.

אֲרַמְדָּם Subrubidus, *Levit,* 13.42.Fœm. אֲרַמְדֶּמֶת *Subrubida, v.* 43. Plur. אֲרַמְדָּמוֹת *Subrubidis, Lev.* 14. 37.

ארן אֶדֶן *m.* Stylobates, Baſis, *Exod.* 38. 27. Plural. אֲדָנִים, *&* Conſt. אַדְנֵי *Exod.*27.37.Aff. וְאַדְנֵיהֶם *Et ſtylobatas earum,Exod.* 38.10. אֲדָנֶיהָ *Baſes ejus,Job.* 38. 6. אֲדָנָיו *Baſes ejus, Exod.* 35. 11.

אָדוֹן *m.* Dominus,*de Deo & Hominibus,Joſ.*3.11.*Mich.*4. 11. Aff. אֲדוֹנִי *Dominus meus,Gen.* 22.15. *de Abrahamo.* Plur. אֲדוֹנִים *Domini.* Dicitur de uno & pluribus. *De uno Abrahamo,Gen.* 24.9. *Potiphare,Gen.*39. 2. *Pharaone, Geneſ.* 40. 1. *Joſepho, Geneſ.* 42. 30. *vide Jud.* 3.25. 2. *Sam.* 20.6. *De uno Deo,Pſal.*136.3. *Mal.*1.6.Conſtr. אֲדוֹנֵי. Aff. אֲדֹנָיו *Domini ejus, pro, Dominus ejus, paſſim.* Semel de Angelis,*Gen.* 19. 2. *quòd viri eſſe putarentur. Sic,* אֲדֹנֶיךָ *Domini tui, ſingulariter, Geneſ.* 24. 51. אֲדוֹנַי *Domini mei,cum Pathach de hominibus;* אֲדוֹנָי *cum Kametz,de Deo & Angelis divinis & habet ſenſum ſingularem. De Angelis, quando ut legati Deum & Dominum ſuum referunt, Geneſ.*18.3.27.30.31.32.*Judic.*6.15.22. *Caterùm* אֲדֹנָי *de Deo ſic ſcriptum & lectum, invenitur centum triginta quatuor locis, quæ Maſoretha annotarant. Septem ex illis ſunt* לַאדֹנָי, *quinquaginta* וַאדֹנָי.

אֱדַיִן Chald. *Tunc:* בֵּאדַיִן In tunc, per Pleonaſmum, Dan. 2. Oritur ex Heb. אָז *vel* אֱזַי *commutato* ז *in* ד.

אדר Niph. Partic. נֶאְדָּר Magnificus, *Exod.*15.*v.* 11. *Cum* י *paragogico,* נֶאְדָּרִי *Magnificum exhibes te, Exod.* 15. *v.* 6. Hiphil. הֶאְדִּיר Magnificavit, Magnificum reddidit, Futur. וְיַאְדִּיר *Et magnificum reddidit, Jeſ.* 42. 21.

אַדִּיר *m.* Magnificus: Validus. Aff. אַדִּירוֹ *Magnificus ejus*

ejus, Jer. 40.21. Plur. אַדִּירִים· Conſtr. אַדִּירֵי הַצֹּאן *Magnifici pecoris, Jer.* 25. 34. Aff. אַדִּירֶיךָ *Magnifici tui, Nahum.* 3. 18.

אֶדֶר *m.* Magnificentia, *Zach.* 11.13. *Item,* Toga Pallium *magnificum, Mich.* 2. 8.

אֲדָר *m.* Adar, *menſis Februario noſtro reſpondens, Eſth.* 3.7. Chald. לְיֶרַח אֲדָר Menſis Adar, Eſræ 6. v. 15. vide 2. Machab. 15. 37. *ubi dicitur, eſſe vocem Syriacam.*

אַדֶּרֶת *f.* Magnificentia: Toga, *Joſ.* 7. 21. Aff. אַדַּרְתּוֹ *Togam magnificam ſuam, Paludamentum ſuum, Jon.* 3. 6. אַדַּרְתָּם *Magnificentia eorum, Zach.* 11. 3.

אדר אִדְּרָא Chald. *Area,* in Targum ſæpè: Plurale Conſtr. מִן אִדְּרֵי קַיִט· Ex areis æſtatis, Dan. 2. 35.

אֲדַרְגָּזְרַיָּא Chald, m. p. *Senatores, Judices,* Dan. 3. v. 2. Sunt qui ex אַדִּיר Magnificus, & גְּזַר Decrevit, compoſitum exiſtimant, quaſi *Judices magnificos* dicas.

אַדְרַזְדָּא Chald. *Sedulò, diligenter,* Eſth. 7. 3.

אֲדַרְכֹּן *m.* Drachma: Plural, אֲדַרְכֹנִים *Drachmæ,* 1. *Par.* 29. *v.* 7. *& Eſra* 8. 27.

אהב אָהֵב Amavit, Dilexit: Partic. fœm. *cum* י *paragogico,* אֹהַבְתִּי *Amans, Hoſ.* 10. 11. *pro* אֹהֶבֶת.
Futur. אֵהַב *Diligam, Prov.* 8. 16. *ex forma Chaldaica:* תְּאֵהֲבוּ *Amabitis, Prov.* 1. 22. *pro* תֶּאֱהָבוּ *ut Aleph audiatur: Quidam tamen ex Pihel eſſe volunt.* Niph. Particip. Plur. הַנֶּאֱהָבִים *Amantes ſe, Dilectiſſimi inter ſe,* 2. *Sam.* 1. *v.* 23. Pih. Partic. מְאַהֲבִים *Amantes, Amatores:* מְאַהֲבָי *Amantium me, Zach.* 13. 6.

אֲהָבִים *m. p.* Amores, *Prov.* 5. 19. *&* אֳהָבִים *Prov.* 7. 18.

אַהֲבָה *f.* Amor, Dilectio: Conſt. אַהֲבַת נַפְשׁוֹ *Amore animæ ſuæ,* 1. *Sam.* 20. 17. Aff. אַהֲבָתִי *Amor meus, Pſ.* 109. 4.

אהה אֲהָהּ Ahah; Ah, *Jud.* 6. 22. *Interjectio dolentis. Aliàs* הָהּ *Ezech.* 30. 2.

אֱהִי Ubi? *Hoſ.* 13.10.14. *quaſi pro* אַיֵּה *poſitum. Aliis eſt Futurum,* Ero, *per apocopam pro* אֶהְיֶה *ab* הָיָה.

אהל אֹהֶל *m.* Tentorium, *Geneſ.* 4. 20. Aff. אָהֳלֹה *Tentorium ejus, Gen.* 13.3. *cum* ה *in fine loco Vau:* הָאָהֳלִי *Tentorii mei, Joſ.* 7.21. *cum Articulo* ה *& Affixo; Vide Theſaurum noſtrum Grammaticum, lib.* 2. *cap.* 5. *in fine* Plur. אֹהָלִים & אֳהָלִים: Conſtr. אָהֳלֵי. Aff. לְאֹהָלָיו *In tentoria ſua, Jud.* 7.8. מֵאָהֳלֶךָ *A tentoriis tuis, Job.* 22.23. *Cholem manente vel mutato.*

אָהַל Tentorium figere, tendere, vel movere, Futur. וַיֶּאֱהַל *Et tentoria movit, Geneſ.* 13. 12. Hiph. Futur. יַהֵל *Tentorium figet, Jeſ.* 13. 20. *pro* יַאֲהֵל *abjectâ primâ radicali:* יַאֲהִיל. *Vide in* הלל.

אֲהָלִים *m. p.* Santali, *arbores præſtantiſſimæ, Num.* 24. 6. *cujus ligna ſiccata, aut fructus odoris grati ſunt, ut liquet ex Prov.* 7. 17. Et fœm. וַאֲהָלוֹת *Et ſantali, Cant.* 4. 14. *Et ſic Pſal.* 45, 9. *Vulgò* Aloen *reddunt.*

אוֹ Aut, Vel, Sive: *Volunt quidam, pro* Et, Si, *quandoque ſumi: ſed non neceſſe eſt.*

אוב *m.* Pytho, *qui reſponſa dando diabolicis artibus homines à Deo avocat. Levit.* 20.27. Plur. אֹבוֹת *Pythones, Lev.* 19. 31. *Item* Utres; *unde,* כְּאֹבוֹת *Sicut utres, Job.* 32.19. *Hinc Pythonis ſignificatio juxta Aben Eſram, quòd ex tumido ventre, quaſi Utre, oracula depromeret. Inde &* ἐγγαστρίμυθος *dictus fuit.*

אוד אוֹדוֹת, עַל אוֹדֹת Propter, Cauſâ, De; *ſemper præcedente particulâ* עַל, *pro qua ſemel legitur* אֶל *2. Sam.* 13, 16. Aff. עַל־אוֹדֹתַי וְעַל־אוֹדוֹתֶיךָ *Mei cauſâ, & tui cauſâ, Joſ.* 14. 6.

אוּד *m.* Titio, Torris: *Amos* 4. 11. אוּדִים הָעֲשֵׁנִים *Titiones fumigantes, Jeſ.* 7. 4.

אוה Pih. Expetivit, Concupivit, Deſideravit: Praet. אִוִּיתִיךָ *Deſidero te, Jeſ.* 26.9. Futur. תְּאַוֶּה *Deſiderabit, Deuter.* 12.20. נָאווּ ,נָאוֹה *Vide in* נאה. Hith. הִתְאַוָּה *Deſiderat, prov.* 21. 26. וְהִתְאַוִּיתֶם *Vide in* תָּוָה.

אַו *m*, Deſiderium, *juxta quoſdam, Proverb.* 31.4. *vide & in* אַיִן.

אַוָּה *f.* Deſiderium: Conſtr. אַוַּת נַפְשְׁךָ *Deſiderium animæ tua, Deut.* 12.15. Aff. בְּאַוָּתִי *In deſiderio meo, Hoſ.* 10.10.

תַּאֲוָה *f.* Idem: Conſtr. תַּאֲוַת לִבּוֹ *Deſiderium cordis ejus, Pſal.* 21. 3. Aff. תַּאֲוָתִי *Deſiderium meum, Pſal.* 38. 10. *Vide aliam ejus ſignificationem in* תָּאָה.

מַאֲוַיִּים *m. p.* Idem: Conſtr. מַאֲוַיֵּי רָשָׁע *Deſideria improbi, Pſal.* 140. 8.

אוח אֹחִים *m. p.* Aves ferales, Animalia terribilia, *Jeſ.* 13. 21. *Variant interpretes.*

אוי Eheu, Væ, *Ezech.* 16. 23. *Et cum* ה *paragogico* אוֹיָה Hei, Heu, *Pſal.* 120. 5.

אול אוּלַי אֻלַי Fortaſſis, Fortaſſe, Forſitan. *Eſt bene ſperantis potius, quam dubitantis. Inde R. Salomon Geneſ.* 50. 15. *vult etiam Optantis eſſe, idem quod* לוּ Utinam. *Poteſt etiam ad* אלה *referri.*

אוּל *m*, Robur: cum Aff. אוּלָם *Robur eorum, Pſal.* 73.4. *Affine eſt ipſi* איל.

אוּלָם Profectò, Certè, Veruntamen, *Gen.* 28. 19. *Confirmandi particula, quaſi ab* איל. *Vide & infrà in* אלם.

אֱוִיל Stultus, *Prov.* 12. 15. אֱוִלִי Idem *Zach.* 11. 15. Plur. אֱוִלִים *Stulti, Prov.* 1. 7.

אִוֶּלֶת Stultitia, Res ſtulta, *Prov.* 19.3. Aff. אִוַּלְתִּי *Stultitia mea, Pſalm.* 38.6.

נוֹאַל Stulte agere, *pro* נֶאֱוַל *Vide in* יאל.

אין אָוֶן *m*, Iniquitas, Vanitas, Moleſtia: Idolum, *à Vanitate vel moleſtia, Jeſ.* 66.3. 1 *Sam.* 15.23. Aff. אוֹנְךָ

אוֹנֵךְ *Vanitatis, iniquitatis tuæ, Jer.* 4. 14. אוֹנָם *Iniquitatem ipſorum, Pſal.* 94. 23. *Aliter mox.*

אוֹן *maſc.* Robur, Potentia, Vires, Subſtantia, Opes, *quomodo cum* הוֹן *convenit, ut D. Kimchi ſcribit, Hoſ.* 12. 8. *Sic autem dicuntur Opes, quòd vel Robore, vel Iniquitate, aut moleſtiâ & labore parentur, aut quòd homines Robur ſuum in iis ponant.* Aff. אוֹנוֹ *Subſtantiam ſuam, Job.* 20. 10. אוֹנוֹ *Roboris ejus, Job.* 18. 7. אוֹנִי *Potentia mea, Gen.* 49. 3. Plural. אוֹנִים *Vires, Jeſ.* 40. 26. *Pſ.* 78. 51. *At Prov.* 11. 7. *Chaldæus & Aben Eſra accipiunt ex ſignificatione* אָוֶן *pro adjectivo,* Iniqui, *forma,* טוֹבִים *Boni. Vide &* אנן.

תְּאֻנִים *m. p.* Moleſtiæ, *Ezech.* 24. 11.

אוץ Urſit, Arctavit, Preſſit, Feſtinavit: Præt. אָץ *Feſtinabat,* Joſ. 10, 13, אַצְתִּי *Urſi, Jer.* 17. 16. Hiph. Futur. וַיָּאִיצוּ *Et urgebant, Gen.* 19. 15. תָּאִיצוּ *Urgebitis, Jeſ.* 22. 4.

אָץ *m.* Præceps, Feſtinus, Arctus, Anguſtus, *Joſ.* 17. 15.

אור Lucidum eſſe, illuminari, Lucere, Illucere: Præter. הַבֹּקֶר אוֹר *Manè illuxerat, Geneſ.* 44. 3. Niph. נָאוֹר Lucidum fieri, Illuſtrari, Illucere. Part. נָאוֹר *Illuſtris factus es, Pſal.* 76. 5. Infinit. לֵאוֹר *Ut illuſtretur, Job.* 33. 30. Futur. וַיֵּאוֹר *Et illuxit, 2. Sam.* 2. 32. Hiph. הֵאִיר Lucere fecit, Lucidum reddidit, Illuſtravit, Illuminavit, Incendit: *& intranſitivè,* Luxit, Reluxit: Præter. וְהֵאִיר *Ut lux vel lucidum ſit, aut lucem præbeat, Exod.* 25. 37.

אוֹר *m.* Lux, Lumen: Aff. אוֹרוֹ *Lucem ſuam, Job.* 36. 30. Plural. אוֹרִים *Lumina, Pſ.* 136. 7. *Quandoque* Pluvia, *juxta Hebræos: ut,* יָפִיץ עֲנַן אוֹרוֹ *Spargit nubes pluviam ſuam, Job.* 37. 11. *Sic Targum,* מִטְרֵיהּ *Pluviam ſuam: vide & v.* 21. *&* 36. 30. *Vide & R. Sal. Pſal.* 139. 11.

אוֹרָה *f.* Idem, *Eſth.* 8. 15. Plur. אוֹרֹת Olera, 2. *Reg.* 4. 39.

Digitized by Google

Jeſa.26.v.19. ſic dicta, quòd ſuo virore oculos illuſtrent, ut Talmudici ſcribunt in Joma fol. 18.

אוּר *m.*Ignis, *à Lucendo* : Focus, *Jeſa.*50.11.Plur.בָּאֻרִים *In ignibus, Jeſ.*24.15. *Item,* Urim, *pectorale ſacrum ſummi ſacerdotis, oraculo in rebus dubiis ſerviens.* וְאֶת־הָאוּרִים *Et Urim, Exod.*28.30.Aff. תֻּמֶּיךָ־וְאוּרֶיךָ *Thummim tui, & Urim tui, Deut.* 33.8. *quæ qualia fuerint, non ſcimus, ſcribit Aben Eſra, Exod.* 28. *v.*5. *Apud Talmudicos legitur,* אוּרִים *dicuntur,* שֶׁמְּאִירִין אֶת דִּבְרֵיהֶן *quia illuſtrant & explicant verba ipſorum:* תּוּמִּים *autem* שֶׁמַּתְּמִימִים אֶת דִּבְרֵיהֶן *quia perficiunt verba ipſorum: Joma cap.* 7. *in fine. Vide Aben Eſram dicto loco, & R. Salom. Exod.*28.30. *& ibidem Targum Jonathanis. Ceſſarunt poſt Templum primum. Sota fol.* 48. 2.

אוּרוֹת אֻרוֹת·אֻרָוֹת. *Vide in* אֻרָה.

מָאוֹר *m.* Lumen, Luminare: Conſtr. לִמְאוֹר פָּנֶיךָ *Lumini vultus tui, Pſal.*90.8.Plural.Conſtr.מְאוֹרֵי אוֹר *Luminaria lucis. Ezech.*32.8.Fœm.Plur.מְאוֹרוֹת *Gen.*1.16.

מְאוּרַת *f.* Caverna, Specus: Conſtr. עַל מְאוּרַת צִפְעוֹנִי *Super ſpecum viperæ, Jeſ.* 11.8.

אות *c.* Signum. *tam nudum, quàm prodigioſum, Geneſ.*4.15.Plural. הָאֹתוֹת *Signis Exod.* 4. 9. לְאֹתֹת *In ſigna, Geneſ.*1.14.Aff. אֹתֹתַי *Signa mea. Numer.*14.22. Chald. אָת: Plur. אָתִין Signa, *Dan.*6.28.*Emph.*אָתַיָּא *Dã.*3.31.Aff.אָתוֹהִי Sig. ejus, *v.*32.אוֹתִיּוֹת *vide in* אָתָה.

אז Tunc: *Futurum cum hac voce plerumque convertitur in præteritum, ut docet Aben Eſra Exod.*15.1.אֲזַי *Idem, Pſal.*124.3. מִן אָז A tunc, Ex tunc, *id eſt, A quo tempore, Ex quo, Jer.*44.18.מֵאָז *Idem, Geneſ.*39.5. *vel* A tunc, *pro,* Ab æterno, *Ante ullum tempus, Pſal.*93.*v.*2. *Proverb.*8. *verſ.* 22.

אזא אֲזָה Chald. *Accendi, Succendi,* Partic. Pehil. אֲזֵה Accenſa, *Dan.* 3. 22. pro אֲזָה vel אֲזֵי Infin.

Infin. לְמֵזֵא Ad accendendum, *v.* 19. Aff. לְמֵזְיֵהּ Ad accendendum eam, ibid.

אזב אֵזוֹב *maſc.* Hyſſopus, *cujus in aſperſionibus ſacris erat uſus, faſciculo ex eo facto, Exod.* 12. 22. *ubi vide interpretes.*

אזר Chald. *Abiit, Exiit.* Partic. fœm. אָזְדָא Abiit, *Dan.* 2. 5. 8. Juxta R. Saadiam idem eſt quod אֲזַל *per commutationem* ל *&* ד.

אזל Abiit, Digreſſus eſt, Profectus fuit. Præter. אָזְלַת *Abiit, Defecit, Deuter.* 32. 36. *ſimile vide in* שוב Futurum, תֵּזְלִי *Digredieris, Jer.* 2. 36. *quæ ſunt ex forma Chald.* Chald. *Præter.* אֲזַל לְבַיְתֵהּ Domum ſuam abiit Dan. 2. 17. אֲזַלוּ Profecti ſunt, Eſr. 4. 23. אֲזַלְנָא Profecti ſumus, Eſræ 5. 8. *Imper.* אֵזֵל Abi v. 15. cum Tzere loco Chateph Sægol. Pyh. Partic. מְאוּזָּל *Abire factus, vagus, Circumforaneus, Ezech.* 27. 19. *Sic Kimchi. Quibuſdam eſt nomen proprium. R. Salomon exponit* Netum; *pro* מְעוּזָּל. *Nam* עזל *Chaldaicè* Nere.

אֶזֶל *m.* Itio, Abitio, Iter: 1. *Sam.* 20. 19

אזן אֹזֶן *f.* Auris: אָזְנוֹ *Auris ejus, Jeſa.* 33. 15. Duale, אָזְנַיִם *Aures, Jeſa.* 42. 20. Conſtr. אָזְנֵי *Jeſa.* 3. 23. Aff. אָזְנָיו *Aures ejus, Jeſa.* 11. 3. בְּאָזְנֵיכֶם *In auribus veſtris, Deut.* 5. *v.* 1.

אִזֵּן Pih. Attendit: Præter. וְאִזֵּן *Et attendit, Eccleſ.* 12. 9. Hiph. הֶאֱזִין Auribus percepit, Aures præbuit, Advertit: Partic. מֵזִין *Prov.* 17. *v.* 4. *pro* מַאֲזִין. *Sic.* Futur. אָזִין *Aurem præbui, Job.* 32. 11. *pro* אַאֲזִין.

מֹאזְנַיִם *m. d.* Lances. Statera, Trutina: Conſtr. מֹאזְנֵי מִרְמָה *Lances doli, id eſt, doloſa, Prov.* 11. 1.

* אֲזִקִּים *Vide in* זָקַק.

אזר Cinxit, Accinxit: Accinctus fuit: Præterit. אָזְרוּ *Accinguntur,* 1. *Sam.* 2. 4. Niph. Part. נֶאְזָר

*Accinctus, Pſ.*65.7. Pih. אִזֵּר, Futur. וַתְּאַזְּרֵנִי *Et accinget me, 2.Sam.*22.40. *pro* וַתְּאַזְּרֵנִי *ut pro eo legitur, Pſ.*18.10. Hithp. Præt. הִתְאַזָּר *Accingit ſe, Pſ.*93.1. Imp. הִתְאַזְּרוּ *Accingimini, Jeſa.* 8. 9.

אֵזוֹר *m.* Cingulum, Cinctura, *Jeſa.* 11. 5.

אח *f.* Focus: וְאֶת הָאָח לְפָנָיו מְבֹעָרֶת *Et focus coram ipſo ardebat, Jer.*36.22. *Item* Ah, Heu, *Ezech.* 6.11. & 21. *v.*15. *Dolentis & gementis, quaſi ab* אָנָה *vel pro* אָהּ *guttur.* ה & ח *commutatis: Vide & mox in* אָחַר, & *in* אחה.

הֶאָח Euge, *Pſal.* 35.21. *Vox geſtientis & inſultantis præ lætitia, unde Chaldæus plerumque eam vertit* חֶדְוָא Lætitia, *ut Ezech.* 36. 2. *Job.* 39. 28.

אַחִים *Vide ſuprà in* אַחַ.

אחד אֶחָד *m.* Unus, Quidam, Primus: *Per Apocopam* אַח Unum, *juxta R. David. Ez.*18.10. *vel eſt* Frater, *juxta Targum, ab* אָחָה *ex forma Chaldaica. Per Aphæreſin,* חַד *Ezech.*33.30. Chald. צְלֵם חַד Imago una, Dan.2.31. *Fœm.* בִּשְׁנַת חֲדָה In anno primo *Eſr.* 5. *v.*13. כְּשָׁעָה חֲדָא Quaſi hora una, Dan.4. 16. כַּחֲדָה Simul, Unà, Pariter, Dan.2.35. Plur. אֲחָדִים *Uni, id eſt,* Iidem, *Geneſ.*11.1. Pauci, *Gen.*27.44. & 29.20. לַאֲחָדִים *In una, id eſt, unita. Ezech.*37.17. Fœm. אַחַת, & *ad accentus pauſantes* אֶחָת Una, *contractum ex maſc. pro* אֶחֶדֶת, *ut docet Aben Eſra, Exod.*26.7. *Hinc verbum in* Kal. *pro* Unire, Adunare ſe; *unde poſſit eſſe* Futur. תֵּחַד, *quòd vide in* יָחַד. Hithp. הִתְאַחֲדִי *Uni te, Ezech.* 21. 16.

אֲחִידָן *Vide in* חוד.

אחה אָח *m.* Frater; Propinquus, Agnatus, Cognatus, & *qui eadem profeſſione, gente, morib. vel amicitià frater eſt. Pro* Agnato, *ut Lotho, Gen.*14.14. *qui v.*12. *dicitur fuiſſe filius fratris Abrahami: Pro* Gentili, *Lev.*25. 46. *Pro* Quolibet proximo, *Lev.*19,17. & Fratre morib.

Prov.

*Prov.*18.19.Conſtr. אֲחִי: Aff. אָחִי *Frater meus, Gen.*20.5. אָחִיו *Fratrem ejus, Gen.*4.2. לְאָחִיו *Fratri ſuo, Num.*6.7. Plur. אַחִים *Fratres, Gen.*13.8.*& ſic Hoſ.*13.15.*ubi tamen Aben Eſra & R.Sal.* Pratum, Ulvam, vel Carectum, *exponunt, pro* אָחוּ, *de quo mox.* Conſtr. אֲחֵי 2. *Reg.* 10. 13. Aff. אֶחָיו *Fratres ejus, Jer.* 49. 10. לְאַחַי *Fratribus meis, Pſal.*22.23. אַחֶיךָ *Fratres tuos, Geneſ.*48.22. אַחֵינוּ *Fratrum noſtrorum, Geneſ.*31.*v.*32. Chald. אַחָיךְ Fratribus tuis, *Eſra* 7. *v.* 18.

אָחוֹת *f.* Soror, *Num.* 25. 18. Conſtr. אֲחוֹת: Aff. וַאֲחוֹתִי *Et ſoror mea, Job.*17.14.Plur. אֲחָיוֹת, & Conſt. אַחְיוֹת, *unde* cum Aff. אַחְיוֹתָיו *Sorores ejus, Job.*42.11.*Et contractè,* וַאֲחוֹתַיִךְ *Et ſorores tuæ, Ezech.* 16. 55.

אַחֲוָה *f.* Fraternitas, *Zach.* 11. 14.

אָחוּ *m.* Ulva, Carectum, *vel ſimpliciter*, Gramen, *Job.* 8. *v.*11. בָּאָחוּ *In ulva, vel gramine, Gen.* 41. 2.

אַחֲוָיָה Chald. *vide in* חוה.

אחז Cepit, Prehendit, Apprehendit, Comprehendit, Tenuit, Poſſedit: Hæſit, Cohæſit, *ut* 1.*Reg.*6.6.*Ezech.*41.6.Hætere fecit, adjecit, adjunxit, *ut* 1.*Reg.*6.10.*Conſtruitur cũ Accuſ.& ſæpè cum* ב.Niph. נֶאֱחַז Captus, detentus fuit, Poſſeſſor conſtitutus, vel factus fuit, Præt. וְנֵאחֲזוּ *Et poſſeſſores fient.Num.*32. *v.*30. *cum* א *quieſcente ut in Futuro Kal.* Part. נֶאֱחָז *Detentus, Gen.*22. 13. Plur. שֶׁנֶּאֱחָזִים *Qui capiuntur. Eccl.* 9.12.Pih.Partic. מְאַחֵז *Continet, Job.*26.9. Hoph.Part. מָאֳחָזִים *Comprehenſi, Conjuncti,* 2.*Par.* 9. 18.

אֲחֻזָּה *f.* Poſſeſſio: Conſtr. וַאֲחֻזַּת הָעִיר *Et poſſeſſionem urbis, Ezech.* 45.*verſ.* 6. Aff. וַאֲחֻזָּתְךָ *Et poſſeſſionem tuam, Pſal.* 2. *v.* 8.

אחל אַחֲלֵי Utinam. 2. *Reg.*5.3. *Et in pathach,* אַחֲלַי, *Pſ.*119.*verſ.*5 .*Sunt qui à* חָלָה *deducunt, quod in*

pihel

Pihel præter alia etiam Precari *ſignificat, quaſi Precantis & Optantis vox ſit.*

אחם אַחְמְתָא Chald. *Arca, Scrinium*, pro recondendis Scriptis & actis regum & principum, ut Aben Eſra & R. Sal. Jarchi putant, Eſr. 6. 2. Quidam nomen proprium Urbis eſſe exiſtimant, *Achmeta, Echatana* vulgò ſic dicta, quòd æſtivam ſtationem reges illic haberent, ab Hebræo חָמַם *In Targum Eſther reperi,* אַחְמִיתִין דִנְחָשָׁא *Scrinia area, Eſth.*1. 4. *in Venetis.*

אחר אַחֲרֵי Poſt, Poſtea, Poſtquam: וְאַחֲרֵי־כֵן *Et poſtea, Geneſ.* 15. 14. Cum Aff. אַחֲרָיו *Poſt eum,* אַחֲרֶיךָ *Poſt te,* אַחֲרַי *Poſt me,* אַחֲרֵיכֶם *Poſt vos, &c.* Chald. אַחֲרֵי דְנָה Poſthæc, Poſthac, Daniel. 2. 29. אַחֲרֵיהוֹן Poſt eos, Dan. 7. 24. אַחֲרֵין Poſtremò, Tandem, Dan. 4. 5.

אַחֵר *m.* Alius, Alter, *quaſi poſterior.* Plural. אֲחֵרִים *Alii, quod eſt quaſi à ſingulari* אָחָר; *& in Nun more Chaldaico,* אֲחֵרִין *Job.*31.10.Fœm. אַחֶרֶת *Alia, Altera,Gen.*26.21. Plur. אֲחֵרוֹת *Gen.*29. 27. Chald. מַלְכוּ אָחֳרִי Regnum aliud, Dan. 2.39. in quibus Apocopa literæ ת.

אָחוֹר Retrò, Retrorſum; Poſterum, Poſterius: Occidens, *Plaga mundi Poſterior, reſpectu Orientis, quæ dicitur,* קֶדֶם *Anterior pars:* בְּאָחוֹר *In poſteriore parte, Ponè, Prov.*29. 11. מֵאָחוֹר *A poſteriore parte, à tergo,* 2. *Sam.* 10. 9. לְאָחוֹר *Retrorſum, Pſal.* 114. 3. *In poſterum Jeſa.*42. 23. Plur. Conſtr. עַל אֲחוֹרֵי *Verſus poſterioritates, ſive poſteriorem partem, Exod.* 26. 12. Aff. אֲחֹרֵיהֶם *Poſteriora eorum, Ezech.* 8. 16.

אַחֲרוֹן *m.* Poſterior, Poſterius, Poſterum, Poſtremum: Plural. אַחֲרוֹנִים *Poſteriora, Jeſa.* 9. 1. Fœm. בָּאַחֲרוֹנָה *In poſtremo, id eſt, Poſtea, Deut.* 13. 9. לְאַחֲרֹנָה *In poſterum, Poſtea, Eccleſ.* 1, 11.

אֲחוֹרַנִּית Retrorſum, *Geneſ.* 9. 23.

אָחֳרָן *m.* Chald. Alius, Dan. 2. 11. & 7. 24.

vocatum, quòd procreet דְּרוֹר libertatem omnibus mercatoribus.

דרא דֵּרָאוֹן *m.* Contemptus, *Dan.* 2, *v.* 12. Faſtidium, Nauſea, *Jeſa.*6,24.*Eſt forma* זִכָּרוֹן.

דרב דָּרְבָן *m.* Stimulus, Aculeus, 1.*Sam.*13,12.Plur. cum Cholem in medio, דָּרְבֹנוֹת *Aculei, Eccl.*12, *v.*11. *Propriè eſt* Ferrum, ligno, quod מַלְמַד dicitur, inditum. *Unde apud Talmudicos*, מלמר שבלע הדרבן *Baculus, Stimulus qui abſorpſit aculeum, id eſt, ferreum aculeum infixum habens, Kelim fol.* 17.

דרג מַדְרֵגָה *f.* Gradus, Gradatio, Præceps, Præcipitium: בְּסֵתֶר הַמַּדְרֵגָה *In latibulo præcipitii, Cant.* 2, 14.Plural. הַמַּדְרֵגוֹת *Præcipitia, Gradus, Ezech.* 38,*v.*20. *Chaldæus,* Turres.

* דַּרְדַּר *Vide infrà in* דרר.

דָּרַךְ Calcavit, Conculcavit: Inceſſit, Proceſſit; *Inceſſus enim eſt via calcatio. Ad arcum relatum, eſt,* Tetendit, Intendit: Præt. דָּרַךְ כּוֹכָב *Procedet ſtella, Num.*24,17. קַשְׁתּוֹ דָרַךְ *Arcum ſuum tetendit, Pſal.*7,13. גַּת דָּרַךְ *Torcular calcavit. Thr.*1,15.Hiph. הִדְרִיךְ Idem: *Item* Incedere fecit, Deduxit: וְהִדְרִיךְ *Et deducet, Jeſ.*11, *v.*15. Infin. *juxta Kimchium*, עֵת הַדְרִיכָהּ *Tempus calcandi eam, Jer.*51,33.*cum Chirek ſub* ה *loco Pathach.*

דֶּרֶךְ *c.* Via, Iter: Mos, Ratio, Conſuetudo: דֶּרֶךְ נָשִׁים לִי *Conſuetudo mulierum eſt mihi, Gen.*31, 35. בְּדֶרֶךְ מִצְרָיִם *Ratione Ægypti, Jeſ.* 10, 24. Aff. לְדַרְכּוֹ *In viam ſuam, Num.* 24, *v.* 24. Dual. מְעִקֵּשׁ דְּרָכַיִם *Quàm perverſus duabus viis, id eſt, huc illuc ſe flectens, Proverb.* 28, *v.* 6. Plural. דְּרָכִים *Viæ, Deut.*28,*v.*7. Conſtr. בְּדַרְכֵי־חֹשֶׁךְ *Per vias tenebrarum, Prov.*2, 13.Aff. כִּדְרָכָיו *Secundùm vias ſuas, Ezech.*33,20.

מִדְרָךְ *m.* Calcatio, Veſtigium: Conſtr. עַד־מִדְרַךְ כַּף־רָגֶל *Uſque ad veſtigium plantæ pedis, Deut.* 2, 5.

*דַּרְכְּמוֹן m. Drachma: *A Græcis videtur mutuo ſumptum.* Plural. דַּרְכְּמוֹנִים *Drachmæ, Eſr. 2, 69.*

דרם דָּרוֹם m. Meridies, Auſter, Plaga meridionalis: אֶת רוּחַ הַדָּרוֹם *Ventum meridiei, Ezech. 42, v. 18. id eſt, Plagam auſtralem:* יָם וְדָרוֹם *Occidentem & meridiem, Deut. 33, v. 23. Rabbi Bechai notat Deut. 3, 27. ſic dici, quaſi* דָּר רוֹם *vel* דֹּרֵךְ *Habitans vel incedens altè, quòd Sol illic procedat in altitudine ſua.*

דרע Chald. m. *Brachium:* Plural. cum Aff. דְּרָעוֹהִי Brachia ejus, Dan. 2, 32. Hebr. זְרוֹעַ.

אֶדְרָע m. Idem: בְּאֶדְרָע Cum brachio, Eſr. 4, 23. Hebr. אֶזְרוֹעַ commutato ז in ד.

דרר m. Libertas: *Levit. 25, 10.* Hirundo, *Pſalm. 84, v. 4. ſic dicta, quòd Libertatem habet nidificandi in hominum ædibus. Talmudici,* אֵין דְּרוֹר אֶלָּא לְשׁוֹן חֵירוּת Non ſignificat דְּרוֹר niſi libertatem, *Roſch haſchana fol. 9, 2. Et alibi:* לָמָּה נִקְרָא שְׁמָהּ צִפּוֹר דְּרוֹר שֶׁדָּרָה בַבַּיִת כְּבַשָּׂדֶה Quare vocatur nomen ejus Avis דְּרוֹר? quia habitat in domo ſicut in agro: *Betza fol. 24, 1. Videatur & R. Levi & Aben Eſra, Prov. 29, 2.*

דַּרְדַּר m. Carduus, Tribulus, *Gen. 3, v. 18. Hoſea 10, 8. ſic dictus, quia liberè & ſuâ ſponte in locis incultis creſcit. Quod Hebraicè dicitur* קוֹץ וְדַרְדַּר *id Græci dixerunt* ἀκάνθας καὶ τριβόλους, *& ſic ad Hebr. 6, 8.*

דרש Quæſivit, Inquiſivit, Perquiſivit; Requiſivit, Conſuluit, Sciſcitatus, Percunctatus eſt: *Conſtruitur cum Accuſativo & variis Propoſitionibus: ut,* ב׳ ל׳ אֶל׳ עַל׳ *&c.* Præter. דָּרַשׁ בַּיהוָה *Requiſivit Dominum, 1. Paral. 10, 14.* דָּרַשׁ לַבְּעָלִים *Requiſivit Bahalimos, 2. Paral. 17, 3. &c.* Infinitivus anomalus, לִדַרְיוֹשׁ *Ad inquirendum, Eſra 10. v. 16.* Niph. נִדְרַשׁ Requiri, Conſuli: Præt. נִדְרַשְׁתִּי *Quæſitus vel Exquiſitus ſum,*

Digitized by Google

ſum, id eſt, Adeò obviam & expoſitus fui, ut ultrò me invenirent, Jeſa.65, v.1. Similis locutio, Pſalm.111. v.2. Infinit. cum Futuro, הַאִדָּרוֹשׁ אִדָּרֵשׁ לָהֶם *Num conſulendo conſular ab illis, Ezech. 14, v. 3. cum* א *loco* ה, *faciliorus pronunciationis cauſâ.*

מִדְרָשׁ *m.* Commentarius, Hiſtoria, *quaſi inquiſitorium vel Repertorium dicas:* Conſtr. בְּמִדְרַשׁ *In commentario, 2. Par. 13, 22. 2. Par. 24, 27.*

דָּשָׁא Herbaſcere: Præterit. דָּשְׁאוּ *Herbaſcunt, Joël.2,22.*Hiph.Futur.תַּדְשֵׁא *Herbaſcat, Geneſ. 1, 11.*

דֶּשֶׁא *maſc.* Herba tenera, Herbula, *Geneſ. 1, verſ. 11. Voluntaria propriè & inſativa, unde generaliter de omni terra virore dicitur, juxta R. Salomonem:* עֵשֶׂב *autem quamlibet ſuo nomine appellatam.* Chald. בְּדִתְאָא דִּי בָרָא *in* tenera herba agri, Dan. 4, 12. 20. mutato pro more ש *in* ת.

דָּשָׁה *f.* Herbilis: *juxta quoſdam:* כְּעֶגְלָה דָשָׁה *Sicut vitula herbilis, Jerem. 50, 11. qua herbis paſcitur, & augeſcit, juxta Kimchium in Comment. R. Salom.* Sicut vitula triturans; *qua ſcilicet jugiter ex tritura comedit & pingueſcit, quaſi à* דוש.

דָּשֵׁן Saginatus, Pinguefactus fuit: Præter. וְדָשֵׁן *Et ſaginabitur, Deuter.31,20.* Pih. דִּשֵּׁן Pinguefecit: *Item* Decineravit, A cineribus purgavit, Cineres removit: Incineravit: In cineres redegit: Præterit. דִּשַּׁנְתָּ *Pingue ſive delibutum reddis, Pſ. 23,5.* וְדִשְּׁנוּ *Et accipient ſive removebunt cineres ejus, Num. 4, v. 13.* Infinit. לְדַשְּׁנוֹ *Ad accipiendos cineres ejus, Exod. 27.3.* Futur. יְדַשְּׁנֶה *In cinerem redigat Pſ. 20, v. 4. pro* יְדַשֵּׁן *cum* ה *paragogico præter normam: Simile vide ſuprà in* בוא Futur. תְּדַשֶּׁן־עָצֶם *Pinguefacit oſſa. Prov. 15, 30.*

Digitized by Google

Pyh. Futur. יִדְשָׁן *Pingueſiet, Jeſ.* 34, *v.* 7. תְּדֻשָּׁן *Pinguis efficietur, Prov.* 11, 25. Ex Hoph. & Hithp. compoſitum eſt Præter. הֻדַּשְּׁנָה *Pingueſiet, Jeſ.* 34, 6.

דָּשֵׁן *maſc.* Pinguis, *Jeſa.* 40, *v.* 23. Plural. דְּשֵׁנִים *Pingues, Pſalm.* 92, *v.* 15. Conſtruct. דִּשְׁנֵי־אֶרֶץ *Pingues terræ, Pſalm.* 22, 30.

דֶּשֶׁן *m.* Pinguedo, *Pſalm.* 63, 9. *Item* Cinis, *Lev.* 1, 16. Aff. אֶת־דִּשְׁנִי *Pinguedinem meam, Jud.* 9, 9.

דָּת *f.* Lex, Edictum, Jus, *Deuter.* 33, 2. יוֹדְעֵי דָת *Noſcentes jus, Periti juris, Eſth.* 1, 13. כַּדָּת *Secundùm jus, Ex jure, verſ.* 8. Aff. אַחַת דָּתוֹ *Unum eſt jus ejus, ſive, de eo, Eſth.* 4, 11. Plural. Conſtr. וְדָתֵי הַמֶּלֶךְ *Et jura regis,* 3. 8. Aff. וְאֶת־דָּתֵיהֶם *Et jura eorum, ibid.* Chald. דָּת Idem, Dan. 7, 25. כְּדָת מָדַי Secundùm jus Perſarum, Dan. 6, 8. וְדָתָא נֶפְקַת Et ſententia egrediebatur, Daniel. 2, 13. Aff. דָּתְכוֹן Sententia veſtra, v. 9. Plural. Conſtr. דָּתֵי אֱלָהָךְ Leges Dei tui, Eſr. 7, 25.

* דִּתְאָא Chald. *Herba,* Daniel. 4, 12. 20. ex Hebræo * דֶּשֶׁא mutato שׁ in ת.

דְּתָבְרַיָּא Ghald. *Legiſperiti,* Dan. 3, 2. R. Saadia, *Conſiliarii regii,* דְּדָתֵיהֶם בָּרִיא quorum jus purum eſt, וְדָתָם וַעֲצָתָם בְּרוּרָה & quorum lex & conſilium illuſtre.

ה

הָא En, Ecce, *Geneſ.* 47, 23. *Ezech.* 16, 43. Chald. הָא־כְדִי Ecce ſicut, Perinde ac, Dan. 2, v. 43. & cum Kamez, הָא Dan. 3, 25.

* הֶאָח *Vide in* אח.

* הַבְהָבַי הַבְהַב *Vide in* יָהַב.

הֶבֶל *m.* Vanitas, *Jerem.* 16, *v.* 19. Et alia formâ, הֲבַל. *Unde* Conſtr. הֲבֵל *ut mox:* Aff. הֶבְלֶךָ *Vanitatis tua,*

tua, Eccl. 9, 9. Plural. הֲבֵל הֲבָלִים *Vanitas vanitatum, Eccl.* 1, *v.* 2. Conſtr. הַבְלֵי־שָׁוְא *Vanitates, res nihili, Pſal.* 31, *v.* 7. Aff. בְּהַבְלֵיהֶם *Vanitatibus ſuis, Deut.* 32, 21.

הָבַל Kal, Evaneſcere, Vanum fieri vel effici: Futur. וַיֶּהְבָּלוּ *Et vani effecti ſunt, Jer.* 2, 5. תֶּהְבָּלוּ *Evaneſcatis, Pſal.* 62, 11. Hiph. Particip. מַהְבִּלִים הֵמָּה אֶתְכֶם *Vanos efficiunt ipſi vos, Jer.* 23, 16.

הבן הָבְנִים *m. p.* Ebena ligna, *juxta Kimchium, Ezechiel.* 27, *v.* 15. *Virgil.* Sola India nigrum fert Ebenum.

הבר Obſervare, Contemplari: Partic. הוֹבְרֵי שָׁמַיִם *Obſervatores cælorum, Jeſ.* 47, 13. *Ab. Eſra,* חַכְמֵי הַמַּזָּלוֹת *Peritos ſignorum cæleſtium: i. e. Aſtrologos, exponit. Vox peregrina videtur, unde Kimchi ex Arabico deducit.*

הגה Meditari: *Et à mente ad os translatum;* Effari, Eloqui: Muſſitare: Gemere, *de Columbis:* Rugire, *de Leonibus: Item* Auferre, Removere: Præter. הָגָה בְּרוּחוֹ *Aufert vento ſuo, Jeſ.* 27, 8. Infinit. הָגוֹ סִיגִים *Auferre ſcorias, Prov.* 25, 4. 5. הוֹרוֹ וְהוֹגוֹ מִלֵּב *Concipere & effari ex animo verba falſa, Jeſ.* 59, 13. *cum Cholem ab initio loco Kametz.* Futur. אֶהְגֶּה כַּיּוֹנָה *Gemebam ut columba, Jeſ.* 38, 14. כַּאֲשֶׁר יֶהְגֶּה הָאַרְיֵה *Sicut rugit leo, Jeſ.* 31, *v.* 4. Pyh. Præter. הֹגָה *Amotus fuit,* 2. *Sam.* 20, 13. *pro* הֻגָּה Hiph. Particip. Plural. הַמַּהְגִּים *Qui muſſitant, Jeſ.* 8, 10.

הֶגֶה *m.* Sermo, Loquela, Gemitus, *Job.* 37, 2. *Ezech.* 2, *verſ.* 10.

הָגִיג *m.* Meditatio: Aff. הֲגִיגִי *Meditationem meam, Pſal.* 5, *v.* 2. *per geminationem ſecundæ radicalis.*

הִגָּיוֹן *m.* Idem, *Pſal.* 9, 17. Conſtr. וְהֶגְיוֹן לִבִּי *Et meditatio cordis mei, Pſal.* 19, 15.

הָגוּת *f.* Idem: וְהָגוּת לִבִּי *Et meditatio cordis mei, Pſ.* 49, 4.

הגן הֲגִינֹת Recta: *Ezech.* 42, 32. הָגוּן Rectum, Decens, Conveniens, Honeſtum, *apud Rabbinos: Et in Targum,* אִתְּאמְהַגְנָא *Mulier honeſta & conveniens, Geneſ.* 24, 12. *in Jonathane.* הוֹגֶן Decentia, Decus, Honeſtas, *apud Rabbinos.*

הדד הֵידָד *m.* Celeuſma, *Vox ovantium & ſe invicem hortantium, Jeſa.* 16, 9. 10. לֹא־יִדְרֹךְ הֵידָד *Non calcabit (cum) celeuſmate, Jer.* 48, *v.* 33. Contractè juxta quoſdam, וְלֹא הֵד הָרִים *Et non celeuſmatis montium, Ezech.* 7, *v.* 7. *id eſt, Echûs.*

הדה Immiſit, Injecit: Præter. יָדוֹ הָדָה *Manum ſuam injiciet, Jeſa.* 11, 8. *Aben Eſra putat eſſe pro* יָרָה· *Chaldæus reddit* אוֹשִׁיט Extendet.

הדך Contrivit, Contudit: Imper. וַהֲדֹךְ רְשָׁעִים *Et contunde improbos, Job.* 40, 7.

הדם *m.* Scabellum: הֲדֹם לְרַגְלֶיךָ *Scabellum pedibus tuis, Pſal.* 110, 1.

הדם Chald. *Membrum, Fruſtum:* Plur. הַדָּמִין תִּתְעַבְדוּן Fruſta efficiemini, Dan. 2, 5. *Sic Syrè,* דְּנֵאבַד הַד הַדָּמָךְ Ut pereat unum membrum tuum, Matth. 5, 29 Verbum, הַדֵּם *In membra, fruſta concidere, Diſcindere,* in Targum: וְהַדְּמֵיהּ Ac diſcidit illum, Jud. 14, 6. ſic Jud. 19, 29. וְהַדִּימְתַּהּ Ac diſcidi eam. Judic. 20, 6. כְּמָא דִמְהַדְּמִין Sicut qui diſcindunt, Jud. 14, 6.

הדס *m.* Myrtus: *Neh.* 8, 15. Plural. בֵּין הַהֲדַסִּים *Inter myrtos, Zach.* 1, 8.

הדף Deturbabit, Depulit, Expulit, Impulit: Præt. הֲדָפוֹ *Depulit eum, Numer.* 35, *v.* 22. Fut. יֶהְדֳּפֶנּוּ *Depulerit eum, verſ.* 20. *cum Chatephkametz ſub Daleth loco Scheva.*

הדר Honoravit, Honorem habuit, exhibuit: Præter. וְהָדַרְתָּ פְּנֵי זָקֵן *Et honorem habebis faciei ſenis.*

ſenis, Lev. 19, 32. Partic. Præt. הָדוּר *Honoratus, honorificè ornatus, Jeſ.* 63, 1. Plur. הֲדוּרִים *Vide in fine hujus Radicis.* Fut. תֶּהְדַּר *Honorem exhibebis, Lev.* 19, 15. Niph. Præt. נֶהְדָּרוּ *Honore afficiuntur, Thren.* 5, *v.* 2. Chald. in Pah. *Honore afficere, Glorificare.* Præter. הַדַּרְתָּ Glorificaſti, Dan. 5, 23. הַדְּרֵת Glorificavi, Dan. 4, 31. Partic. מְהַדַּר Glorifico, v. 34. Hitph. Futur. תִּתְהַדַּר *Decorem vel honorem tibi arroges, Prov.* 25, 6.

הָדָר *m.* Honor, Decus, Decor, Majeſtas: Conſtruct. וּמֵהֲדַר גְּאֹנוֹ *Et propter decorem excellentiæ ejus, Jeſa.* 2, 10. Aff. הֲדָרִי *Decorem meum, Mich.* 2, 9. Plural. Conſtr. בְּהַדְרֵי־קֹדֶשׁ *In decoris, ſcil. locis ſanctitatis, Pſal.* 110, 3.

הֶדֶר *m.* Idem: Conſtr. הֶדֶר מַלְכוּת *Decorem regni ſive regum, Dan.* 11, 20. Chald. הַדְרָא Decorem: Dan. 5, 19. Aff. הַדְרִי וְזִיוִי Decor meus & ſplendor meus, Dan. 4, 33.

הֲדָרָה *f.* Idem: Conſtr. בְּהַדְרַת קֹדֶשׁ *In decore ſanctitatis, Pſal.* 29, 2.

הֲדוּרִים *m. p.* Tortuoſa, Inæqualia: וַהֲדוּרִים אֲיַשֵּׁר *Et tortuoſa rectificabo, Jeſ.* 45, 2. *ex uſu Chaldaico. Nam* הֲדַר Redire, Reverti; *Unde* הָדוּר Tortuoſum, Reflexum & variè rediens.

הָהּ Ah, *vox naturalis Dolentis, Ezech.* 30, 2. *Aliàs* אֲהָהּ *ut eſt ſuo loco.*

הוּא Ille, Ipſe: הַמָּקוֹם הַהוּא *Loci illius, Gen.* 32, 2. Plural. הֵם *Ipſi: & cum* ה *paragogic.* הֵמָּה *Gen.* 6, 4. Chald. וְהוּא Et ipſe, Dan. 2, 21. Plural. הִמּוֹן Dan. 2, 34. & per Apocopam הִמּוֹ Dan. 2, 21.

הוֹד *m.* Decus, Decor, Gloria, Majeſtas: *Frequenter cum ſuperiore* הָדָר *conjungitur: ut,* הוֹד וְהָדָר *Decus & majeſtatem, Pſalm.* 21, *v.* 6. Aff. הוֹי הוֹדֹה *Heu decus ejus, Jerem.* 22, *verſ.* 18. *cum He loco Vau:* הוֹדְךָ *Decorem tuum, Pſal.* 8, 2.

הורה

הָוָה Fuit: Particip. וְאַתָּה הֹוֶה *Tu futurus es*, *Nehem.6,v.6.* מַה הֹוֶה *Quid eſt vel ſupereſt*, *Eccleſ.2,v.22.* Imperat. הֱוֵה גְבִיר *Eſto Herus vel Dominus*, *Gen.27,v.29.* Et cum א loco ה ex forma Chaldaica; הֱוֵא־אָרֶץ *Eſto terra, id eſt, in terrâ, vel, ſuper terram*, *Job.37,verſ.6.* הֱוִי סֵתֶר *Eſto latibulum*, *Jeſa. 16,verſ.4.* Fut. יְהוּא *Erit*, *Eccleſ. 11,3.planè irregulariter pro* יֶהֱוֶא. Chald. Præt. הֲוָה *vel* הֲוָא Fuit, Eſræ 5,11. fœmin. הֲוָת Erat, v.5. הֲוַיְתָ Fuiſti, Dan.2,v.31. הֲוֵית Eram, Dan.4,v.1. הֲווֹ Fuerunt, Eſræ 4, 20. Infinit. לְהֱוֵא Ad Eſſendum, Eſræ 4, v. 10. Cum ן paragogico לֶהֱוֵן Ad exiſtendum, Daniel. 2, v. 43. aut eſt contractum pro לְהֶוְיָהוֹן Ut ſint illa, cum Affixo, ſicut & illud לָךְ לֶהֶוְיָן Tibi ad exiſtendum illa, id eſt, Tua ſunt, pro לֶהֶוְיָן Dan.5,17. Futur. תֶּהֱוֵה Erit, Dan.4,24. & in Aleph תֶּהֱוֵא Sit, Eſræ 6, 8.

הַוָּה Ærumna, Pravitas, *Ezech.7,26*, *Jeſa.47,11.*

הַוָּה *f.* Idem: Conſtr. הַוַּת נַפְשׁוֹ *Ærumnam animæ ſuæ*, *Mich. 7,3. Item* Subſtantia, *id quod homini ex labore ſuo reliquum exiſtit & remanet, quaſi exiſtentiam dicas, ut Græci* οὐσίαν *vocant*: וְהַוַּת בּוֹגְדִים *Et ſubſtantiam perfidorum*, *Prov.10, 3. Chaldæus*, וְקִנְיָנָא דְרַשִׁיעֵי *Et poſſeſſionem impiorum*: וּבְהַוַּת *Et ærumnâ ſuâ*, *Prov. 11, v. 6. pro* בְּהַוָּתָם *ut R. Levi complet, adjuncto Affixo, & ſic Chaldæus*, וּבְרִשְׁעֵיהּ *Et in impietate ſua*: *Conferatur etiam præcedens verſus*: Aff. בְּהַוָּתוֹ *In ſubſtantia ſua*, *Pſal. 52,9.* וְהַיָּתִי *Et ærumnam meam*, Job.6, *v.2.ſcriptum cum* י, *legendum per* ו, הַוָּתִי. *Sic Job.30,verſ.13.* Plural. עַד יַעֲבֹר הַוּוֹת *Donec tranſeat ærumna*, *Pſal. 57, v. 2. id eſt, omnis & quæque ærumna. Verbum* תְּהוֹתְתוּ *quòd hic adducunt, vide infrà in* חתת.

יְהוָה Nomen Dei proprium, *ut tradit Ab.Eſra*, Jeſ.42, v. 8. Ipſum ab eſſentia ſua denominans, q. d. Ens, Exiſtens,

Exiſtens ab æterno & in æternum. *Interpres ejus fidus eſt D. Johan. in principio Apocalyoſeos, ſcribens :* εἰρήνην ἀπὸ τοῦ ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν καὶ ὁ ἐρχόμενος, Pax à Qui eſt, qui erat, & qui venturus eſt, *cap.* 1, 4. *Idem iſtud Deus innuere voluit Nomine* אֶהְיֶה· *cùm dicere Moſen juſſit*, Ehjeh miſit me ad vos, *Exod.* 3, 14. *&* אֶהְיֶה אֲשֶׁר אֶהְיֶה Sum qui ſum, Ero qui ſum. *Hæc paraphraſticè redduntur in Schemoth rabba, Exod.* 3. *Paraſchâ* 3. *Dixit Deus benedictus Moſi : Dic eis,* אני שהייתי ואני הוא עכשיו ואני הוא לעתיד לבוא : Ego qui fui, & ego idem nunc, & ego idem in futurum, &c. *Huc reſpexit Paraphraſtes in Legem, qui Jonathanis titulo gaudet, inquiens :* אֲנָא הוּא דְהֲוֵינָא וַעֲתִיד לְמֶהֱוֵי שַׁדְרַנִי לְוַתְכוֹן : Ego ille qui ſum, & qui futurus ſum, miſit me ad vos. *R. Bechai in Exodum, fol.* 65. *colum.* 4. *Deus benedictus (inquit) imperat tribus Temporibus, Præterito, Præſenti & Futuro, & Nomen* אהיה *ſolum complectitur tria iſta tempora. Et mox, Etiam* בשם המיוחר *Nomine appropriato* (יהוה) *comprehenduntur tria iſta tempora, ut notum eſt omnibus. Inde David Rex dixit :* יְהוָה מָלָךְ Dominus regnavit, *Pſ.*97,1. *&* 99,1. יְהוָה מֶלֶךְ עוֹלָם וָעֶד Dominus rex eſt in perpetuum & ſempiternum. *Pſ.*10, 16. יִמְלוֹךְ יְהוָה לְעוֹלָם Regnabit Dominus in ſempiternum, *Pſal.* 146, 9. *In libro* טעמי מצות *folio* 31. *horum locorum myſterium explicatur his verbis: Textus hic docet de Deo creatore, quòd eſt primus ſine principio, & ultimus ſine fine. Sic nomen ejus teſtatur de tribus exiſtentiis ſeu exiſtendi differentiis ejus,* הֹוֶה הָיָה וְיִהְיֶה *Præſenti, Præterito & Futuro, quæ ſunt literæ ipſiusmet nominis appropriati* יהוה, *& profert tres* ההויותיו *exiſtentias ejus voce regni & dominii, ad indicandum, quòd Ipſe regnat & gubernat in mundo ſuo, ſicut rex regit ſervos ſuos. Hæc ibi. Ob hanc cauſam apud priſcos Hebræos in ma-*

jori

Digitized by Google

jori reverentia, longeque ſanctiùs habitum fuit, quàm reliqua Dei nomina, quæ partim ab Effectis, partim ab Attributis ejus petita ſunt, & pio quodam ſtudio ab eo pronunciando abſtinuerunt, ne quotidiano uſu vileſceret & in vanum ſumeretur, ut ea quæ ſubinde in ore ſunt. Appellatum fuit שֵׁם בֶּן אַרְבַּע אוֹתִיּוֹת Nomen filius quatuor literarum, *vel* שֵׁם שֶׁל אַרְבַּע אוֹתִיּוֹת, *vel conciſiùs,* שֵׁם שֶׁל אַרְבַּע *nempe* Conſtans ex quatuor, *ſcil. literis, Jod, He, Vau, He. Sic & Græcis* τετραγράμματον *dictum. Hæc autem appellatio ſynecdochica eſt per excellentiam: Nam &* אדני *quatuor literis ſcribitur, nec tamen vocatur Tetragrammaton. Item* שְׁמָא רַבָּא Nomen magnum: שֵׁם הַנִּכְבָּד Nomen glorioſum: שֵׁם הַמְּפוֹרָשׁ Nomen appropriatum: שֵׁם הַמְיוּחָד Nomen ſeparatum *vel* explicatum: הַשֵּׁם Nomen illud, *per Synecdochen generis. Hoc poſtremum deſumunt ex illo Levitici:* וַיִּקֹּב בֶּן־הָאִשָּׁה הַיִּשְׂרְאֵלִית אֶת־הַשֵּׁם׃ Et exſecratus eſt filius mulieris iſtius Iſraëlitidis nomen, τὸ ὄνομα, *cap.* 24. *v.* 11. *quod Jonathan reddit* שְׁמָא רַבָּא וְיַקִּירָא Nomen magnum & glorioſum: *Targum Jeruſchalmi* שְׁמָא מְפָרַשׁ Nomen expoſitum. *Abſtinentes ergo ab ejus pronunciatione, legerunt pro eo* אֲדֹנָי Adonai, *cujus puncta Vocalia nomini* יְהוָה *adjecta fuêre, niſi quod pro Catephpathach poſitum ſit Scheva ſimplex ſub* י *Inde R. Salomon ad illud, Jeſa.* 42, 8. Ego יְהוָה, illud eſt nomen meum; Nomen meum; *quod ſcil. explicatum eſt per nomen* אָדוֹן, *id eſt, pro quo legitur & pronunciatur* אָדוֹן. *At ipſo nomine* אֲדֹנָי *continuò (ſine interjecto accentu diſtinguente, ut Pſal.* 16.*v.*2.) *antecedente vel ſequente legerunt pro eo* אֱלֹהִים Elohim, *ejuſque puncta vocalia ipſi ſubjecta ſunt: ut,* אֲדֹנָי יֱהֹוִה *quod lectum* Adonai Elohim, *alioquin enim bis legendum fuiſſet* Adonai adonai. *Hoc inde patet,*

Digitized by Google

patet, quod Catephſagol propriè non competit literæ י, *ſed gutturali: deinde* ה *in fine nunquam quieſcit in Chirek. Quòd* אֲדֹנָי *legatur, liquet inde, quòd literæ ſerviles* בוכלם *Nomini* יהוה *præfixæ, ſequuntur naturam & affectiones vocis* אֲדֹנָי *in punctatione:* בַּיהֹוָה *quod legendum* בַּאדֹנָי: *nam aliâs ſcribendum fuiſſet* בִּיהֹוָה *ut dicitur* בִּיהוּדָה: *Sic* מֵיְהֹוָה *quod legendum* מֵאֲדֹנָי: *nam Tzere hic ante* י *inproprium eſt, & nonniſi gutturalem reſpicit ob ejectum Dageſch. Tum etiam literæ* בגד כפת *poſt* יְהֹוָה *&* יֱהֹוִה *ſcripta, notantur ſemper cum Dageſch leni, quod non fieret, ſi litera* ה *in eo nomine eſſet quieſcens, ut ex Grammaticis notum. Exempla vide Geneſ. 7. verſ. 16. & 15, 8. & 16, 5. & 18, 14. & 20, 18. & 21, 1. & 24, 1. & 26, 24. At verò in his & innumeris aliis Dages videri poſſit adbibitum, non quòd vox antecedens legatur* אדני*, ſed propter accentum Regem, poſt quem Dages lene adbiberi ſolet. Quærenda ergo loca erunt, ubi vox* יהוה*, cum accentu miniſtro notata, habeat poſt ſe Dages. Lectum ergo & pronuntiatum fuit vel per* Adonai, Dominus, *vel per* Elohim, DEUS. *LXX. Græci ante Chriſtum ſemper expreſſerunt illud per* κύριος, *non, ut veriſimile eſt, ſuperſtitioſâ Judæorum ratione moti, ſed quòd ſuâ linguâ neque ſcribere neque ennunciare poſſent. Carent enim aſpiratione in media voce, quam litera* ה *requirit: carent etiam valore, quam litera* ו *in pronunciando requirit. Hinc ſuum* υ *in alienam naturam detorſerunt in alienis nominibus exprimendis: ut* λευι לוי· Δαυὶδ דוד· νινευῖται. *Inde etiam in Romanis,* ουαλέριος *Valerius. Reddiderunt tamen illud per* κύριος, *ut Hebræi per* אדני. *Sic & in Chriſtiana Eccleſia ab interpretibus per* Dominus *redditum fuit, uſque ad Petrum Galatinum, ante quem non putatur aliquis ſcripſiſſe* Jehova *vel* Jehovi. *Prima hujus nominis reverentia apud Judæos*

mox,

mox, ut omnia ferè, in ſuperſtitionem abiit. Plebi ſub pœna mortis ejus pronunciatio vetita fuit: Summi ſacerdotes illud in templo Hieroſolymitano, non alibi, & ſemel duntaxat in anno, in ſolenni illa benedictione populi, Num. 6. v. 24. 25. in feſto Propitiationis, pronuntiarunt. Superſtitio autem, ut facilè ſe dilatat, ita hic quoque mox excrevit. Dum nomen per ſe & juxta ſuas literas pronunciari illicitum eſſet, efficta ſunt ejus per certas literas, & numeratas voces, myſticæ expoſitiones quadam, in quarum ſcientia magna latuerunt virtutes, magna incluſa miracula. Duæ autem potiſſimùm Tetragrammati facta ſunt expoſitiones: Una per literas duodecim; *Altera per literas* quadraginta duas. *id eſt, per voces quaſdam, quæ totidem literas continebant. Harum crebra apud Rabbinos mentio, ſed rara interpretatio, quoad veritatem. De ea niſi liis eſſet inter ipſos, facerent virtutes, ut Moſes & Chriſtus, quos credunt vi hujus Nominis omnia ſua facta miraculoſa edidiſſe.* De Moſe *legitur in libro Caphtor, fol. 56. his verbis:* ומשה לא נשתמש אלא בשמו הגדול וכל נפלאותיו אשר עשה היו בשם המפורש שהוא שם יהוה ואהיה אשר אהיה: Moſes non eſt uſus niſi Nomine iſto maximo, & omnia miracula ſua, quæ fecit, fuerunt per Schemhamphoraſch, id eſt, Nomen expoſitum, quod eſt ipſum Nomen יהוה & Ehjeh aſcher ehjeh. *In Targum Jonathanis Exod.* 2, 21. *Sculptum & explicatum erat in ea (virga)* שמא רבא ויקירא *Nomen illud magnum & glorioſum, per quod editurus erat miracula in Ægypto, & findi debebat mare Suph, & aqua educenda ex petra. Quòd* Chriſtus *per hoc nomen quoque miracula ſua ediderit, probavit ante multos annos Porchetus, cujus locum adducit Lutherus in libro ſuo de Schemhamphoraſch, ad quem lectorem remitto. Ejus tamen fabulæ illuſtrandæ causâ hoc addo, quod apud Talmudicos reperi.*

Ut

Ut Chriſtus in ea hiſtoria refertur deſcriptum Schemhamphoraſch incluſiſſe in diſciſſam cutem pedis, & ex Templo eduxiſſe, ut ſic per ejus vim miracula poſtmodum ediderit: ſic legitur quidam filius Satda per caſuras cutis ſua praſtigias eduxiſſe ex Ægypto. Verba textus ſunt: הלוא בן סתרא הוציא כשפים ממצרים בסריטה שעל בשרו: Nonne filius Satdæ exportavit magias ex Ægypto per cæſuras, quas fecerat in carne ſua; *Schabbath fol.* 194, 2. *Satda hac dicitur fuiſſe* מרים מגדלא נשיא *Maria ornatrix mulierum, plicatrix capillorum muliebrium, ut fieri ſolet puellis ſponſis. Nam* מגדלא *exponitur in Gloſſa* מקלעת שיער נשים *id eſt, Implicans capillos mulierum: Sanhedrin fol.* 67. 1. *editionis Veneta. Maria hac dicitur vixiſſe in templo ſecundo,* אמו של פלוני *mater* τῦ *N.* (*id eſt, Chriſti, cujus nomen ſic ſolent reticere*) *Chagiga fol.* 4. סטדא Satda *dicitur, quaſi* סטת דא *Declinavit iſta, ſcil. ad ſcortationes, quia ſcortata eſt, ut ſcribit R. Salomon in Sanhedrin. Videntur hac omninò eodem referenda, quò hiſtoria iſta Porcheti. Sed videamus de Nominis Tetragrammati expoſitione per duodecim vel quadraginta duas literas, Hebraos ipſos.*

Petrus Galatinus in libro De arcanis catholica veritatis, lib. 2. *cap.* 11. & 12. *expoſitionem hanc ex libro* גלי רזייא *affert: Prima eſt,* אָב בֵּן וְרוּחַ הַקֹּדֶשׁ *i. e.* Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, *qua voces duodecim continent literas. Altera, quadraginta duarum literarum eſt,* אָב אֵל · בֵּן אֵל וְרוּחַ הַקֹּדֶשׁ אֵל · אֲבָל לֹא שְׁלֹשָׁה אֱלֹהִים כִּי אִם אֱלֹהַּ אֶחָד *i. e.* Pater Deus, Filius Deus, ac Spiritus Sanctus Deus: at non (*ſunt*) tres Dii, ſed Deus unus: *Alibi vidi,* אָב אֱלֹהִים · בֵּן אֱלֹהִים · רוּחַ הַקֹּדֶשׁ אֱלֹהִים · שְׁלֹשָׁה בְּאֶחָד · אֶחָד בִּשְׁלֹשָׁה *id eſt,* Pater Deus, Filius Deus, Spiritus Sanctus Deus, tres in uno, unus in tribus.

Digitized by Google

Magnum operæ pretium eſſet, hanc expoſitionem poſſe ex Rabbinorum libris firmari. R. Bechai in principio Geneſeos fol. 5. col. 2. ſcribit; Nomen quadraginta duarum literarum deſumi ex primo & ſecundo verſu principii Geneſeos, à litera ב *vocis* בראשית *uſque ad* ב *vocis* ובהו, *quæ ſunt 42. literæ, ex quarum varia & multiplici combinatione, Cabaliſtis notâ, fit nomen expoſitum per 42. literas. Nomen autem duodecim literarum, fit ex triplicata combinatione Nominis* יהוה. *Videamus etiam varia Talmudiſtarum & Rabbinorum teſtimonia.*

In Codice Talmudico Kidduſchin, cap. 4. fol. 71. legitur: Nomen quatuor literarum ſapientes tradiderunt diſcipulis ſuis ſemel in ſeptimana: alii dixerunt, bis. Rabh Nachman filius Jitzchack aſſenſit illis, qui dixerunt Semel, juxta illud; *Hoc eſt nomen meum* לְעוֹלָם *in ſeculum*, Exod. 3, 13. ſcriptum eſt לעלם abſque Vau in medio, quaſi לְעַלֵּם Ad abſcondendum, quòd abſconditum manere debuerit. Rabba exiſtimans publicis concionibus nomen tetragrammaton explicandum eſſe; illi ſenex quidam regeſſit, ſcriptum eſſe לְעַלֵּם Abſcondi debere. Rabbi Abhina objecit: Scriptum eſt, *Hoc eſt nomen meum*; Item, *Et hoc eſt memoriale meum*, Exod. 3, 13. Ergo duo fuerunt nomina? Reſpondit Deus: Non ſicut ſcribor, ita pronuncior: Scribor per Joth He Vau He, nempe יהוה, ſed pronuncior per Aleph Daleth, id eſt, אֲדֹנָי Ampliùs docuerunt Rabbini: *Nomen duodecim literarum* principio tradiderunt cuilibet homini: cùm autem multiplicarentur homines perfrictæ frontis & impudentes, tradebant illud tantùm verecundioribus & modeſtioribus ex genere ſacerdotali: (nempe, ut eo benedicerent populo poſt ſacrificium matutinum, addit Scholiaſtes.) Hi celerrimè & præcipitanter efferebant illud, dum fratres

Digitized by Google

fratres ipſorum ſacerdotes Nomen Tetragrammaton in ſolenni illa benedictione modularentur. Traditio alia: Dixit Rabbi Tarphon: Aliquando aſcendi poſt avunculum meum in ſuggeſtum, & adverti aurem ad ſacerdotem ſummum, & audivi, quòd celeriter pronunciaret & quaſi abſorberet Nomen Tetragrammaton inter modulationem ſacerdotum. Dixit Rabh Jehuda: Dixit Rabh; *Nomen quadraginta duarum literarum* non traditur niſi verecundo, humili, mediæ ætatis viro, non iracundo, non ebrioſo, non pertinaci: quicunque illud novit & in pretio habet, conſervatque purè, is dilectus eſt ſuprà & acceptus infrà (id eſt, in cœlo & in terra) eumque reverentur ac metuunt homines, ac hæres fit utriusque ſeculi, hujus & futuri. *Hæc illic. Scholiaſtes addit:* Nomen autem duodecim & quadraginta duarum literarum non relevarunt nobis. *Vide in Talmud. Hieroſol. lib. Joma fol. 40. col. 4.*

In Codice Peſachim, cap. 3. fol. 50. Dixit Rabh Nachman filius Jitzchak: Non ſicut mundus hic, ita mundus futurus erit. In mundo hoc ſcribitur Nomen ejus per Joth He, nempe יהוה, & legitur per Aleph Daleth, nempe אֲדֹנָי: in mundo futuro erit unum idemque pronunciatum & ſcriptum יהוה.

In Codice Sotah, cap. 7. fol. 37. Benedictio ſacerdotum (Num. 6, 24.) quomodo fit? In provincia (*id eſt, extra urbem Jeruſalem*) dicitur triplici benedictione, ſed in ſanctuario (*id eſt, Templo Hieroſolymitano*) unicâ tantum: In Sanctuario pronunciat Sacerdos Nomen Tetragrammaton uti ſcribitur; in provincia per cognomen ejus. *Idem extat in Tamid. cap. ultimo. Et paulò poſt*, Sic be-

nedicitote filiis Iſraëlis, Num. 6. v. 23. Anne per שם המפורש i. e. שֵׁם הַמְיוּחָד Nomen proprium & eſſentiale ſive ipſum tetragrammaton, an per כִּנּוּי Cognomen ejus? Reſpon. Textus id docet me, ubi dicit: *Et ponent nomen meum ſuper filios Iſraël*, Num. 6. 27. *Nomen meum*, id eſt, שֵׁם הַמְיוּחָד לִי Nomen proprium meum.

In Codice Sanhedrin cap. 4. *fol.* 55. Blaſphemans non fit reus, niſi quum expreſſè protulerit Nomen Tetragrammaton.

In eodem libro cap. 11. *fol.* 90. *in principio capitis:* Quicunque profert Nomen Tetragrammaton per literas ſuas vel ſecundum ſcripturam ſuam, non eſt ipſi pars in futuro ſeculo. *Scholiaſtes ad hunc Aphoriſmum notat fol.* 101. Quicunque profert; *ſcil. extra Sanctuarium, non autem in Sanctuario. Nam ſacerdotes in ſanctuario benedicebant populo per Nomen iſtud. Vide etiam in Schevuoth fol.* 36. 1.

In Codice Abbodah ſarah, cap. 1. *fol.* 18. *editionis Venetæ:* Abduxerunt R. Chaninam filium Teradjon, dicentes ipſi: Quâ ratione ſic egiſti in Lege? reſpondit ipſis: Sicut præcepit mihi יְהוָה Deus meus, egi. Quo audito, protinus ipſum ad combuſtionem damnarunt, uxorem ejus ad necem, filiam ad lupanar. Ipſum ad combuſtionem; propterea quòd protulerat Nomen Tetragrammaton per literas ſuas, ex vi decreti per Abba Schaul lati: Quicunque protulerit Nomen Tetragrammaton per literas ſuas, non habebit partem in futuro ſæculo, &c. *Scholiaſtes addit, eum tenuiſſe quoque explicationem ejus per quadraginta duas literas, ejusque virtute feciſſe quæcunque voluerit.*

In Sanhedrin cap. 7. *fol.* 66. Qui maledicit patri ſuo & matri

Digitized by Google

matri ſuæ, non ſit reus, niſi quùm maledixerit ipſis per Nomen Tetragrammaton: ſi maledicat per cognomen, (*utpote Schaddai Tzebbaoth, Rachum, Channun*) Rabbi Meir ipſum condemnat; at ſapientes abſolvunt.

In Codice Schabbath, cap. 6, fol. 63. ציץ *Bractea* erat quaſi lamina quædam aurea, lata duos digitos, Pertingens ab una aure ad alteram: in ea ſcriptum duabus lineis, Joth He Vau He, יהוה, & paulò inferiùs קודש ליה· Dixit R. Elieſer filius Joſi: Ego vidi bracteam illam in urbe quadam, ac inſcriptum ei lineâ unâ, קדש ליהוה· *Idem extat in Codice Succa, c. 1. fol. 5. vide Exod. 28: 36.*

In Joma, fol. 69, 2. Et benedixit Eſra Domino, Deo maximo, Neh. 8, 7, Quid eſt *Maximo*? reſpondit Raf: Magnificavit eum per Schemhamphoraſch.

In Joma cap. 6. in Miſchna fol. 66, 1. Sacerdotes & populus ſtantes in atrio (*in die propitiationis*) quando audiebant Schemhamphoraſch exire ex ore Sacerdotis maximi flectebant genua, incurvabant ſe, & procidebant in faciem ſuam, dicentes: Benedictum ſit Nomen glorioſum regni ejus in ſeculum & ſempiternum.

In Joma fol. 39, c. 2. Eo anno quo mortuus eſt Schimeon Juſtus, prædixerat Rabbinis ſuis, ſe eo anno moriturum. Unde id ſcis? ajebant ipſi: reſpondebat: Omni die propitiationis apparuit mihi ſenex quidam, veſtitus albis, & involutus albis veſtibus, ingrediebatur mecum, & egrediebatur mecum: hodiè verò apparuit mihi ſenex, veſtitus nigris, & involutus nigris, ingrediebatur mecum, ſed non egrediebatur mecum. Poſt feſtum ergò ægrotans ſeptem diebus, mortuus fuit. Tunc deſtiterunt fratres ejus

tres ejus ſacerdotes benedicere per nomen illud, nempe Tetragrammaton.

In Eruvin fol. 18, 2. Ex quo vaſtatum eſt Templum ſanctum, ſufficit homini, ut uſurpet in laudibus & benedictionibus nomen duarum literarum יָהּ Gloſſa: Quia nomen Schemhamphoraſch non eſt datum omni homini, ſed tantùm ſacerdotibus.

In R. Chiskia, autore libri Chaskuni, legitur in Collectaneis Marginalibus ad cap. 3. Exodi: Nomen quatuor literarum Deus tradidit Moſi; poſtea ipſi dixit; *Ito & congregato omnes ſeniores Iſraëlis, & dic eis*: יהוה *Deus patrum veſtrorum, &c.* verſ. 16. Unde diſcimus non fuiſſe traditum ac revelatum Nomen Tetragrammaton, niſi ſenioribus iſtius ſeculi: אֶהְיֶה אֲשֶׁר אֶהְיֶה verſ. 14. bis ſcriptum, אֶהְיֶה continet in numeratione 42. ad indicandum, quòd tradiderit etiam Moſi Nomen quadraginta duarum literarum: זֶה שְּׁמִי Hoc eſt nomen meum, verſ. 15. זה facit 12. quo docemur, Deum docuiſſe ipſum quoque Nomen duodecim literarum.

In libro Jalkut, in Pſal. 91, *fol.* 119. *col.* 1. Quare Iſraëlitæ orant in ſeculo hoc & non exaudiuntur? propterea quia non norunt Schemhamphoraſch. In ſeculo futuro Meſſiæ Deus notum illud ipſis faciet, & tunc exaudientur. *Petitum hoc eſt ex Medraſch Tillim in iſtum Pſalmum. Vide porrò Librum More parte primâ cap.* 61. *Librum Ikkarim, Orat.* 2, *cap.* 28. *ubi inter cætera legitur*: ויקרא הכתוב שם המשיח יהיה צדקנו להיותו אמצעי אל שנשיג הצדק מהשם על ידו ועל כן יקראהו בשם השם יהוה צדקנו *id eſt*, Vocat Scriptura nomen Meſſiæ Dominus Juſtitia noſtra (*Jer.* 23, *v.* 6.) quia erit mediator Deus, per cujus manum conſe-

conſecuturi ſumus juſtitiam à Deo ipſo, & ideircò vocat eum nomine τῶ יהוה *Vide eundem Orat. 3, cap. 25. ubi contra Chriſtum & Chriſtianos ſcribit: & ulterius Petrum Galatinum lib. 2, cap. 10. & ſeqq. Tetragrammaton* Johan. Druſii, *& Scaliger. in Notis in Fragmenta, ad. De emendat. temporum, fol. 34. Denique, præter eſſentiæ denotationem, Hebræi maximè Cabaliſtæ ipſorum, volunt etiam* יהוה *eſſe nomen gratiæ, juxta illud:* אל רחום וחנון יהוה *Exod. 34, 6. Elohim autem eſt nomen judicii ſive Dei judicis, ut ſuprà dictum. Quando autem Deo* יהוה *tribuitur* Judicium, *intelligitur* Judicium *gratiæ, quando rigor juſtitiæ convertitur in gratiam.*

הוי Heu, Hei, Eheu, Ah, Væ: ô, Heus, *vocandi*, *Jeſ.* 55, *v.* 1. *Et abſque* Joth הו־הו *Heu, Heu, Amos* 5, 16.

הוך Chald. *Proficiſci, Ire, Pervenire*; idem quod Hebraicè הָלַךְ Infinit. לִמְהָךְ Ad proficiſcendum; Eſr 7, 13. Futur. עַד יְהָךְ Donec veniret, Eſr. 5, v. 5. וִיהָךְ Et perveniat, Eſr' 6, 5.

הום Divexavit, Turbavit: Præter. וְהָמָם *Et divexabit eos, Deut.* 7, 23. Niph. נָהוֹם Turbari, Perſtrepere, Tumultuari: Futur; וַתֵּהוֹם הַקִּרְיָה *Et tumultuata eſt civitas,* 1. *Reg.* 1, 45. Hiph. Futur. וְאָהִימָה *Et perſtrepam, Pſalm.* 55, 3. תְּהִימֶנָה מֵאָדָם *Perſtrepent præ hominibus, Mich.* 2, 12.

מְהוּמָה *f.* Divexatio, Turbatio, Strepitus, Tumultuatio, 1. *Sam.* 5, 9 יוֹם מְהוּמָה *Dies turbationis vel divexationis, Jeſa.* 22, 5. Conſtr. מְהוּמַת־מָוֶת *Vexatio mortis vel lethalis,* 1. *Sam. v.* 11. Plural. מְהוּמוֹת *Vexationes,* 2. *Paral.* 15, 5.

הון *m.* Subſtantia, Opes: הוֹן יָקָר *Subſtantiam precioſam, Prov.* 1, 13. Sufficientia, *Prov.* 30, *v.* 15. לַהוֹן *Ad ſubſtantiam, Prov.* 28, *v.* 22. Aff. מֵהוֹנְךָ *De ſubſtantiâ*

tua, Prov. 3, 9. Plural. cum Aff. בְּרֹב הוֹנַיִךְ *Multitudine opum tuarum, Ezech.* 27, 33.

הזה Stertere, Somnolentum eſſe: Partic. Plur. הֹזִים *Stertentes, Jeſa.* 56, 10.

הי Heu, Væ, *juxta quosdam, Ezech.* 2, 10. *Hebræi volunt idem eſſe quod* נְהִי *vide* נהה.

היא *f.* Illa, Iſta, Ea. *Undecies tantùm ſic ſcribitur in Moſe: aliàs* הוא *cum* י *Sic & in aliis libris utroque modo legitur.* Aſſumit ה ab initio, הַהִיא: Plural. הֵן *Ipſa,* לָהֵן *Ipſis,* אֲלֵיהֶן *Ad ipſas, Exod.* 1, 18. 19. Cum ה utrinque, הֵנָּה הֵהֵנָּה *Iſtas,* 1. *Sam.* 17, 28. בָּהֵנָּה *In eis, Jer.* 5, 17, הֲלָהֵן *An eos, Ruth.* 1, 13. *juxta quoſdam, quaſi ſit fœmininum pro maſculino; Alii, An propterea.*

* הֵיבֵל *Chaldaicum, Vide infrà in* יבל.

היה Fuit: Præter. הָיִיתָ *Fuiſti*: & ejecto altero י, וְהָיִתָ *Et eris,* 2. *Sam.* 15, 33. Cum ה paragogico וְהָיִתָה *Et eris,* 2. *Sam.* 10, 11. Fœmin. cum י redundante, in fine, וְלֹא־הָיִיתִי *Et non fuiſti, Ezech.* 16, 31. Part. Fæm. הוֹיָה *Eſt, Exod.* 9, 3. Infin. formæ Chaldaicæ in Tzere, הֱיֵה *Eſſe, Ezech.* 21, 10. Futur. אֶהְיֶה *Ero.* Cum Apocopa, וָאֱהִי *Et fui, Pſal.* 69, 12. יְהִי אוֹר *Eſto lux, Gen.* 1, 3. Niph.

נִהְיָה Fieri, Effici, *& quaſi contrariâ ſignificatione,* Confici: *quaſi* Defieri *dicas: ut,* נִהְיֵיתִי וְנֶחֱלֵיתִי *Confectus fui, & ægrotavi, Dan.* 8, 27. *Sic,* וּשְׁנָתוֹ נִהְיְתָה *Et ſomnus ejus confectus fuit ipſi, id eſt, Fractus, Interruptus, Exceſſus, Dan.* 2, 1. Partic. Fœm. תַּאֲוָה נִהְיָה *Deſiderium Effectum, Proverb.* 13, 19.

אֶהְיֶה Ejeh, Ero, Sum; *Uſurpatum ut proprium nomen Dei ab æterna ejus eſſentia, Exod.* 3, 14.

היך Quomodo, *idem quod* אֵיךְ *commutatis* א *&* ה, 1. *Par.* 13, 12. *Dan.* 10, 17.

הֵיכָל *Vide mox in* הכל.

Digitized by Google

הֵיךְ Chald. *Vide paulò antè in* הוך·

הֵימָן *Vide in* אמן·

הין Hiph. הֵהִין Paratus fuit, Paratum ſe obtulit: Ultrò, Promptè voluit: Futur. וַתָּהִינוּ לַעֲלוֹת *Et parati fuiſtis, Voluiſtis aſcendere, Deut.*1,41. *Deducunt Hebræi ab* הֵן Ecce, *eo ſenſu, quo, qui ſe promptum & paratum offert, dicit,* הִנְנִי *Ecce me,* הִנֶנּוּ *Ecce nos.*

הִין Hin, *Menſura liquidorum, quæ continebat duodecim Logos: Logus autem ſex ova, Menachoth fol.* 89, *c.*

* הֵיתִי *Chaldaicum vide in* אתא·

הכל הֵיכָל *m.* Palatium; Regia, Templum: Conſtr. בְּהֵיכַל הַמֶּלֶךְ *In palatio regis, Dan.*1, *verſ.*4. Aff. בְּהֵיכָלוֹ *In templo ejus, Pſal.*27,4. Plur. Conſt. מֵהֵיכְלֵי שֵׁן *E templis eburneis, Pſal.*45,9. Aff. לְהֵיכְלֵיכֶם *In templa veſtra, Joël.* 3, 5. Et formâ fœm. הֵיכָלוֹת *Templa, Hoſ.*8, 14.

הכר Obfirmavit ſe: Futur. תַּהְכְּרוּ־לִי *Obfirmabitis vos mihi, aut, contra me, Job.* 19, 3.

הַכָּרָה *f.* Obfirmatio, Obduratio: Conſtr. הַכָּרַת פְּנֵיהֶם *Obfirmatio faciei ipſorum, Jeſ.*3, *v.*9. *Quidam, Agnitio faciei ipſorum, & ita eſt à* נָכַר·

הלא הָלְאָה Ultra, Ulterius, *Loci & Temporis:* גֶּשׁ־הָלְאָה *Secede ulterius, illuc, eò, Geneſ.* 19,9. מֵהָלְאָה לְמִגְדַּל *Ab ultra, i. e. longè ultra turrim, Gen.*35, *v.*21. *Hinc* Verbum; *unde Part. ex* Niph. וְהַנַּהֲלָאָה *Et procul diſſitam vel disjectam, Mich.* 4, 7.

הלך Ambulavit, Ivit, Inceſſit: *Cum* אֶל *conſtructum* Adivit, Acceſſit: *Cum* מִן· Abivit, Tranſiit: *Cum* לִפְנֵי· Præceſſit: *Cum* אַחַר· Secutus eſt. Præter. cum א paragogico, הָהָלְכוּא *Qui venerant, Jeſ.* 10,24. Secunda fœm. cum י redundante, הָלַכְתִּי *Iviſti, Jer.*31, *v.*21. Part. Fœm. מַדּוּעַ אַתִּי הֹלֶכְתִּי *Quare itura es, 2. Reg.* 4,23. *cum* י *utrobique redundante, juxta Maſorethas.* Infin.

חָלוֹךְ וְחָסוֹר *Eundo & deficiendo, Geneſ.* 8, 5. Imp. הָלְכוּ *Abit, Jer.* 51, 50. Futur. יַהֲלוֹךְ *Abit, Job.* 16, *v.* 6. Et aliâ formâ, תַּהֲלַךְ *Ambulabit, Pſal.* 73, 9. *Exod.* 9, *v.* 23. *ad formam* תֵּשֵׁבַב. Niph. Præt. נֶהֱלָכְתִּי *Abire, id eſt, evaneſcere cogor, Pſal.* 109, 23. Pih. Præt. הִלְּכוּ *Ire faciunt vel cogunt, Job.* 24, 10. Futur. אֲהַלֵּךְ *Deduco, Prov.* 8, 20. יְהַלֵּךְ *Praire faciet, Pſalm.* 85, *v.* 14. *Significat etiam ſimpliciter ut in Kal.* Chald. Partic. מְהַלֵּךְ Obambulans, Dan. 4, 26. Plur. ex Aphel. מַהְלְכִין Ambulantes, Dan. 3, 2[?]. & 4, v. 34. Hitph. הִתְהַלֵּךְ Itavit, Obambulavit, Continenter, Indeſinenter ivit: Præter. הִתְהַלֶּךְ־שָׁם *Itaverat eò vel illuc,* 1. *Sam.* 30, 31.

הֵלֶךְ *maſc,* Itio, Ambulatio: Viator; *pro* אִישׁ הֵלֶךְ Vir itionis, 2. *Sam.* 12, 4. Fluxus; הֵלֶךְ דְּבַשׁ *Fluxus mellis,* 2. *Sam.* 14, *v.* 26. *Quadam exemplaria in utroque loco habent duplex Segol.*

הֲלָךְ Chald. *Vectigal*, vel, ut Aben Eſra ſcribit, מַס הַהוֹלְכִים *Tributum* tranſeuntium, Eſr. 4, 13.

הֲלִיךְ *m.* Ambulatio, Inceſſus, Greſſus: Plur. cum Aff. הֲלִיכַי *Greſſus meos, Veſtigia greſſuum meorum, Job.* 29, 6.

הֲלִיכָה *f.* Idem: Aff. בַּהֲלִיכוֹתָם *In ambulatione ſua, Nah.* 2, *verſ.* 5. *quod juxta Maſorethas ſcribitur cum* ו *redundante,* Plural. הֲלִיכוֹת אֵלִי *Inceſſus Dei mei, Pſalm.* 68, *v.* 25, Aff. רָאוּ הֲלִיכוֹתֶיךָ *Viderunt inceſſus tuos, Ibid.*

מַהֲלָךְ *m.* Iter, Profectio: Conſtr. מַהֲלַךְ יוֹם אֶחָד *Itinere diei unius, Jon.* 3, *v.* 4. *Item,* Ambulacrum, *Ezech.* 42, *v.* 4. Aff. מַהֲלָכְךָ *Iter tuum, Neh.* 2, *v.* 6.

מַהְלְכִים *m. p.* Viæ, *Ambulandi loca, Zach.* 3, 7.

תַּהֲלֻכוֹת *f. p.* Progreſſiones, *Neh.* 12, 31.

הָלַל Inſanivit: Partic. הוֹלְלִים *Inſanientes, Pſal.* 5, 6. Futur. אַל תָּהוֹלּוּ *Ne inſaniatis, Pſal.* 75, 5. Niph. Part. וּבְכָל הַנְּהוֹלִים *Et in omnibus laudatis arboribus,*

Jeſa.

Jeſ. 7, 19. *Aben Eſra, In domibus vel locis laudatis. Quidam; In ſtultis, id eſt, vilibus & ingloriis arboribus ac lignis.* Pih, הִלֵּל Inſanum reddere, Infatuare: *ſæpiùs* Laudare, Laudibus extollere: *& ita conſtruitur cum Accuſativo, item cum Præpoſitione,* ב · ל · אֶל · עַל. Præt. הִלֵּל *vel* הוֹלֵל Laudavit, *Pſalm.* 10, *verſ.* 3. Particip. מְהַלְלִים לְשֵׁם *Laudes dicentes nomini,* 1. *Paral.* 29, *v.* 13. Juxta primam ſignificationem altera forma hujus conjugationis hîc uſurpatur: Futur. יְהוֹלֵל *Inſanos vel ſtultos reddit, Job.* 12, 17. *Jeſ.* 44, 25. *Eccleſ.* 7, *v.* 8. Pyh. Præt. הוּלָּלוּ *Laudata fuerunt, Pſ.* 78, 63. הָעִיר הַהֻלָּלָה *Civitas laudatiſſima, Ezech.* 26, 17. Partic. מְהֻלָּל *Laudatus, Pſal.* 18, *v.* 4. Et ex prima ſignificatione, מְהֻלָּל *Inſanus, ad inſaniam adactus, Eccleſ.* 2, 2. Plur. מְהוֹלָלַי *Inſanientes contra me, Pſal.* 102, 9. Futur. יְהֻלַּל *Laudabitur, Prov.* 12, *v.* 8. Hiph. Splendere, Lucere, Splendere: Infinit. irregularis, בְּהִלּוֹ *Dum efficit ut ſplendeat, Job.* 29, 1. *pro* בְּהַהִלּוֹ Fut. יָהֵל *Splendebit, Job.* 31, 26. *Et cum Epentheſi,* וְלֹא יַאֲהִיל *Et non ſplenderet, Job.* 25, *v.* 5. *vel* א *eſt loco* ה *characteriſtica Conjugationis, levioris pronunciationis cauſâ:* תָּהֵל *Splendet, Job.* 41, 9. יָהֵלּוּ *Faciet ut ſplendeat, Jeſ.* 13, *v.* 10. Hitph. הִתְהַלֵּל Laudare, Jactare ſe, Laudibus ſe efferre, Gloriari: *Item ex prima ſignificatione,* Inſanire: Præterit. וְהִתְהוֹלְלוּ *Et inſaniant, Jer.* 46, *v.* 9. Particip. אִישׁ מִתְהַלֵּל *Vir ſe jactans, Prov.* 25, 14. Imper. וְהִתְהוֹלְלוּ *Et inſanite, id eſt, inſano impetu ferimini vel agitamini, Jer.* 46, 9.

הֵילֵל *m.* Lucifer, Stella matutina. *Jeſ.* 14, 12.

הִלּוּל *maſc.* Laus, Laudatio, Laudativum carmen: Plur. קֹדֶשׁ הִלּוּלִים *Sanctitas, res ſancta laudum, quæ ſcil. in laudem ipſius ipſi conſecretur vel offeratur, Levit.* 19, 24. וַיַּעֲשׂוּ הִלּוּלִים *Et fecerunt laudationes, hymnos vel laudativa carmina,* Jud. 9, *v.* 27. *Kimchi,* Lætitias, hilaria,

Et

Et inde בֵּית הִלּוּלָא *Domus lætitiæ: Chaldeus*, תִּנְגִּין Tripudia.

הוֹלֵלָה *f.* Inſania: Pluaal. הוֹלֵלוֹת *Inſaniæ*, *Omnimoda inſania, Eccleſ.* 1, 17. & 2, 12. & 7, 25.

הוֹלֵלוּת *f.* Inſania, *Eccleſ.* 10, 13.

הַלְלוּיָהּ Hallelujah: *Vox compoſita ex Imperativo Pihel* הַלְלוּ· *Et nomine divino* יָהּ· *Et valet*, Laudare Dominum.

מַהֲלָל *m.* Laus: Aff. לְפִי מַהֲלָלוֹ *Juxta laudem ſuam, Proverb.* 27, 21.

תָּהֳלָה *m.* Lux, Splendor, *Job.* 4, 18. *juxta R. Levi. Chaldæus*, עִילָא *Pravitatem: Aben Eſra*, Stultitiam.

תְּהִלָּה *f.* Laus, Laudatio: עִיר תְּהִלָּה *Civitas laudis*, *Jerem.* 49, 25. *ubi quædam exemplaria habent* תְּהִלַּת *quaſi Conſtructum ſit pro abſoluto.* Conſtr. תְּהִלַּת *Jerem.* 48, 2. Aff; תְּהִלָּתוֹ *Laus ejus*, *Hab.* 3, 3. Plural. תְּהִלּוֹת *Laudes*, *Pſal.* 78, 4. *Rabbini utuntur etiam formâ maſculinâ: unde Pſalmi Davidis inſcribuntur* סֵפֶר תְּהִלִּים Liber laudum: *& per Syncopam* תִּלִּים·

הָלַם Contudit, Obtudit: Præter. אָז הָלְמוּ *Tunc obtuderunt, vel, obtuſæ fuerunt*, *juxta quoſdam, Jud.* 5, 22. וְהָלְמָה סִיסְרָא *Et obtudit Siſeram, v.* 26.

הוֹלֵם *m.* Tuſio: אֶת־הוֹלֶם פָּעַם *Tuſionem incudis*, *vel*, *ſuper incude, Jeſa.* 41, 7.

הֲלוֹם Huc, Hîc, *Geneſ.* 16, 13. *Jud.* 20, 7. *Duodecim ſcribuntur ſine* ו, *ut Gen.* 16, 13. *in Maſora.*

הַלְמוּת *f.* Malleus. Tudes, *Jud.* 5, 26.

יַהֲלֹם Adamas, *Lapis pretioſus*, *quia contundit ac confringit omnes alios lapides*, *Exod.* 28, 18.

מַהֲלֻמוֹת *f. p.* Contuſiones, *Prov.* 18, 6. & 19, 29.

הֵם *Pronomen*, *vide in* הוּא: & הִמּוֹ Pronomen Chaldaicum, vide ibidem.

Digitized by Google

המה Tumultuatus fuit, Strepuit, Perſtrepuit, Fremuit: Præter. הָמוּ גוֹיִם *Fremuerunt gentes, Pſal.*46,7. Partic. Fœm. הוֹמִיָּה *Strepera, Prov.*7,11. *ubi* י *eſt loco tertiæ radicalis* ה: Plural. בְּראשׁ הוֹמִית *In capite tumultuantium, Prov.*1, 21. *id eſt, Turbarum, quæ ſtrepera & tumultuoſa eſſe ſolent.*

הֶמְיָה *f.* Strepitus: Conſtr. הֶמְיַת נְבָלֶיךָ *Strepitus nabliorum tuorum, Jeſa.* 14, 11.

הָמוֹן *maſc.* Fremitus, Strepitus, Sonitus, Tumultus: Multitudo, Turba: Copia, *opum ſcil. Eccleſ.*5.9.*Pſ.*37.*v.*16. Et cum א loco He, הָאמוֹן *Multitudinem, Vulgum, Jer.*52.*v.*15. Conſtr. הֲמוֹן גּוֹיִם *Multitudinis gentium, Gen.*17,4. Aff. וְאֶל־הֲמֹנוֹ *Et ad multitudinem ejus, Ezech.* 31.*v.*2. Et cum ה loco Vau, הֲמוֹנֹה *Multitudo ejus, v.*18. Plural. הֲמֹנִים *Multitudines, Joël.*3,14. Aff. וְכָל־הֲמוֹנֶיהָ *Et omnes copias ejus, Ezech.* 32, 20.

הֵמִים *m.p.* Streperi, Thraſones, *juxta quoſdam: Unde defectivum,* וְלֹא מֶהֱמֵהֶם *Neque ex Thraſonibus ipſorum, Ezech.*7,11. *pro* מֵהֲמִיהֶם· *Hebræi putant eſſe ex geminato Pronomine* הם *quaſi* וְלֹא מֵהֶם אֲשֶׁר מֵהֶם *Neque ex illis qui ab ipſis ſunt, id eſt, liberis, poſteris. Sic Chaldæus,* וְלָא מִבְּנֵיהוֹן *Neque ex liberis ipſorum.*

הֲמִית *f.* Strepitus, Sonitus, *juxta quoſdam*; Unde cum Aff. וְאֶל הֲמִיתוֹ *Et ad ſtrepitum vel ſonitum ejus, Prov.* 19. *v.* 18. *id eſt, Dum clamore & fletu tibi obſtrepit filius, ne condonet animus tuus, ne parcito eum caſtigare. Vide etiam in* מות *in Hiphil.*

המל הֲמוּלָּה הֲמֻלָּה *f.* Tumultus, Strepitus: לְקוֹל הֲמוּלָּה *Ad vocem tumultus, Jerem.* 11. *v.* 16. *Sic Ezech.* 1, 24. *Eſt formæ* גְּדֻלָּה·

המם Profligavit, Quaſſavit, Contrivit: Præterit. וְהָמַם *Et quaſſavit, Jeſ.*28,28. וְהַמֹּתִי אֶת־כָּל־הָעָם

Et

*Et conteram omnem populum, Exod.*23,27. Infin. לְהֻמָּם *At quaſſandum eos, Deut.*2,15. Futur. וַיָּהָם אֵת מַחֲנֵה *Et profligavit caſtra, Exod.* 14, 24.

הָמַן Multiplicari : Infinit. יַעַן הֲמָנְכֶם *Propter multiplicari vos, vel potiùs, Multiplicare, i. e. Eò quòd multiplicaveritis, Ezech.* 5. *verſ.*7. *Non eſt, inquit Kimchi, ab* הָמוֹן *quia iſtius forma Nomina Cholem cum Affixis retinent. Vide* המה.

המס הֲמָסִים *m. p.* Cremia, Stipulæ, *Jeſ.*64,2. *R. Sal.* Res liquidas *exponit, quæ facilè ad ignem liqueſcunt, & conſumuntur, & ita eſſet à* מָסַס.

המר *Unde nomen Plural. fœmin.* מַהֲמֹרוֹת Scrobes, Foveæ, *Pſal.* 140, 11.

הֵן En, Ecce : *Interdum etiam eſt,* An, Num ? הֶן־עָם *Ecce populus, Num.*23,24. הֵן הָיְתָה כָּזֹאת *An fuerit hujuſmodi, Jerem.* 2, 10.

הֵן Chald. *Si,* Dan. 3,15. דִּי הֵן Quod ſi, Eſræ 4. v. 13. In continuata ſententia repetitum, eſt *Sive,* הֵן אִיתַי Sive futurum eſt, וְהֵן לָא ſive non, Dan. 3. v. 17. 18.

הֵן *Pronomen, Vide ſuprà in* הִיא.

לָהֵן Chaldaicum, vide ſuo loco.

הִנֵּה Ecce : Aff. הִנּוֹ *Ecce eum,* הִנְּךָ *vel* הִנְּכָה *Ecce tu.* 2. *Reg.*7,2. הִנְנִי & הִנֵּנִי *Ecce ego :* Bis cum Sægol, & utroque נ dageſſato, הִנֶּנִּי בְנִי *Ecce ego fili mi, Gen.*22,7. & 27,1. הִנֶּנּוּ *vel* הִנְּנוּ *Ecce nos, quod poſtremum ter legitur, Gen.* 44,16. & 50,18. *Num.*14,40.

הֵנָּה Huc: הֵנָּה וָהֵנָּה *Huc & illuc, Joſ.* 8, *v.*20. עַד־הֵנָּה *Uſque huc, hucuſque,* 1. *Sam.* 7, *v.* 12. Hinc contractum, עַדֶנָּה *Hucuſque, Eccleſ.*4, *v.* 2. Et inde cum Apocopa, עֲדֶן *verſ.* 3.

הָסָה Pih. Silere : Imper. per Apocopam, הַס *Sile, Zach.*2,13. pro הַסֵּה Plur. הַסּוּ *Silete, Nehem.*8,11.

Hiph.

Hiph.Futur. per Apocopam, וַיַּהַס *Et ſilere fecit, Compeſcuit, Num.* 13, 31. *pro* וַיַּהֲסֶה

הָפַךְ Vertit, Evertit, Convertit, Invertit, Ob. ſub. Mutavit, Commutavit, Immutavit : *Et interdum,* Convertere ſe, Verti, Mutari : Præter. הָפַךְ לָבָן *Verſus fuit albus, i. e. Mutatus in album, Lev.* 13, 3. הָפְכוּ *Verterunt ſe, Pſal* 78, 9. Part. cum י paragogico, הַהוֹפְכִי *Qui convertit, Pſal.* 114, 8. Fut. וַתַּהֲפֹךְ וַתֵּלֶךְ *Et vertit ſe, id eſt, reverſa eſt, & abiit,* 2. *Paral.* 9, 12. Niph. Part. נֶהְפַּךְ *Verſus fuit, Exod* 7, 15. Et in Cholem, וְנַהֲפוֹךְ זֹאת *Et converſum fuit illud, Eſth.* 9, 1. *Simile vide in* חָתַם *in* Niph. Futur. וְלֹא־תֵהָפֵךְ *Et non vertes te, Ezech.* 4, 10. Hoph. Præter. הָהְפַּךְ *Converſa eſt, Job* 30, 15. Hithp. Partic. מִתְהַפֵּךְ *Obvertebat ſe, Jud.* 7, 13. Fœm. הַחֶרֶב מִתְהַפֶּכֶת *Gladii ſeſe vertentis, id eſt, vibrantis vel verſatilis, Geneſ.* 3. *v.* 24. Futur. תִּתְהַפֵּךְ *Mutabitur, Job.* 38, 14.

הֵפֶךְ *m.* Diverſum, Contrarium : הֵפֶךְ מִן הַנָּשִׁים *Contrarium ab iſtis mulieribus, Ezech.* 16, 34. לְהֵפֶךְ *In contrarium, Ibid.*

הֲפֵכָה *f.* Subverſio, *Gen.* 19, 29.

הֲפַכְפַּךְ *m,* Volubilis, Verſatilis, *Prov.* 21, 8.

מַהְפֵּכָה *f.* Subverſio : Conſtr. כְּמַהְפֵּכַת סְדֹם *Sicut ſubverſio Sodomæ, Deut.* 29, 23.

מַהְפֶּכֶת *f.* Cippus, *ſic dictus ab Evertendo & contorquendo ſontium corpore,* 2. *Paral.* 16, 10. *Jer.* 29, 26.

תַּהְפֻּכוֹת *f.* Perverſitas, Plural. דּוֹר תַּהְפֻּכֹת *Generatio perverſitatum, id eſt, ſummè perverſa, Deut* 32, 20.

הֹצֶן *m.* Currus falcatus, *Ezech.* 23. *v.* 24. *Currus bellici genus fuit, juxta Kimchium.*

הָרַג Occidit, Interfecit : Præter. הָרַג אוֹתָם *Occidit eos, Jud.* 9. *v.* 24. Niph. Infinit. בְּהֵרָג הֶרֶג *Quum interficientur interfectione, Ezech.* 26, 15. *pro* בְּהֵהָרֵג *&*

Segol

Sagol eſt propter ſequentem gutturalem affectam Kametz: Simile vide in עָטַף*.* Pyh. Præterit. הוֹרַג *Interfectus eſt, Jeſa.* 27, 7.

הֶרֶג *m.* Occiſio, Interfectio, Cædes: בְּיוֹם הֶרֶג רָב *Tempore cadis magna, Jeſa.* 30, 25.

הֲרֵגָה *f.* Idem: צֹאן הַהֲרֵגָה *Pecus occiſionis, Zach.* 11. *Legitur etiam, Jerem.* 7, 32. & 19, 6.

הָרָה Concepit: Præterit. וְהָרָה עָמָל *Concepit Laborem, Pſal.* 7, 15. Infin. הוֹרוֹ וְהוֹגוֹ *Concipere & loqui, Jeſ.* 59, 13. *cum* ו *loco* ה*, & Cholem ab initio eſt loco Kametz.* Futur. וַתַּהַר לוֹ *Et concepit ea illi, id eſt, ex illo, Gen.* 38, 18. וַתַּהַר אֶת־מִרְיָם *Et concepit Mirjamum, id eſt, conceptum peperit,* 1. *Par.* 4, 17. Pyh. Præterit. הוֹרָה גָבֶר *Conceptus eſt vir, Job.* 3, 2. *id eſt, Natus, in lucem editus.*

הוֹרֶה *maſc.* Genitor, *quaſi, Faciens Concipere*: Plurale cum Aff. עַל בִּרְכוֹת הוֹרַי *Benedictionibus progenitorum meorum, Gen.* 49, 26.

הוֹרָה *f.* Genitrix: Aff. הוֹרָתָם *Genitrix eorum, Hoſ.* 2. *verſ.* 5.

הָרָה *f.* Gravida, Prægnans, *Gen.* 38. *v.* 24. Conſtr. הֲרַת עוֹלָם *Ut gravida perpetuò, Jer.* 20, 17. Plur. הָרוֹת *Amos* 1. *v.* 13. Aff. וְהָרֹתֵיהֶם *Et gravidas eorum,* 2. *Reg.* 8, 12.

הָרִיָּה *f.* Idem: Plural. cum Aff. וְהָרִיּוֹתָיו יְבֻקָּעוּ *Et prægnantes ejus diffindentur, Hoſ.* 14, 1.

הֵרוֹן *m.* Conceptus. Aff. וְהֵרֹנֵךְ *Et conceptum tuum, Geneſ.* 3, 16.

הֵרָיוֹן *m.* Idem, *Ruth.* 4, 12.

הַרְהֵר Chald. *Cogitavit*: unde Nomen Plural, הַרְהוֹרִין *Cogitationes* Dan. 4, 2. *In Targum ſæpiùs occurrit. Rabbini dicunt,* אֵין לְהַרְהֵר אַחַר מַעֲשֵׂי הַשֵּׁם *Non eſt ſpeculandum poſt opera Dei.*

* חַרְמוֹן *Nomen, idem quod* אַרְמוֹן*. Vide illic.*

הרס Diruit, Deſtruxit, Demolitus eſt: Subvertit, Perrupit: Præterit. וְשָׂרָיו הָרַס *Et urbes ejus deſtruebat, Jeſ.*14. *v.* 17. Niph. Præter. נֶהֶרְסוּ *Deſtruebantur, Jer.*50,15. Futur. וְלֹא יֵהָרֵס *Et non deſtruetur, Jerem.*31. *v.*40. Pih. Particip. מְהָרְסַיִךְ *Deſtruentes te, Jeſa.*49. *v.* 17. Infinit. הָרֵס תְּהָרְסֵם *Demoliendo demolitor eos, Exod.* 23, 24.

הֶרֶס *m.* Deſtructio, *Jeſa.* 19, 18.

הֲרִיסוּת *f.* Idem: Aff. הֲרִיסֻתֵךְ *Deſtructionis tuæ, Jeſa.* 49. *v.* 19. Plural. cum Aff. וַהֲרִיסֹתָיו *Et demolitiones ejus, Amos* 9, 11.

הרר הָרָר *maſcul.* Mons: Aff. הֲרָרִי בַּשָּׂדֶה *Montem meum cum agro, Jerem.*17. *v.*3. לְהַרְרִי *In monte meo, Pſ.* 30, 5. בְּהַרְרָם *In monte ſuo, Gen.*14,6. Plural. Conſtr. הַרְרֵי קֶדֶם *Montium antiquitatis, id eſt, antiquiſſimorum, Deut.* 33. *v.* 15. Aff. וּמֵהֲרָרֶיהָ *Et à montibus ejus, Deut.* 8, 9.

הַר *m.* Mons, Montana loca: *Cum articulo* ה *notatur cum Kametz: abſque eo cum Pathach, quaſi illa ſit forma abſoluta, hæc constructa:* עַל הָהָר הַזֶּה *Super montem hunc, Exod.*3.*v.*12. Cum ה locali: הָהָרָה *In montem, Geneſ.* 12. *v.*8. הַר אֱלֹהִים *Mons Dei, Pſal.* 68. *v.* 16. Aff. נוּדִי הַרְכֶם *Emigra è monte veſtro, Pſal.* 11. *v.* 1. & *deeſt Præpoſitio* מִן: Plural. הָרִים *Montes, Gen.* 7, 20. & *Kametz eſt loco ejecti Dageſch ex Reſch: Nam eſt ex Defectivis ſecunda radicali. Eſt &* הָרֵי *pro* הָרִים *Zach.* 14. *v.* 5. *cui ſimile vide infrà in* חלל *in Nomine* חָלוֹן Conſtr. הָרֵי *Ezech.* 6. *v.* 2. Aff. אֶת הָרָיו *Montes ejus, Ezech.* 35, 8.

הֲרָרִי *m.* Montanus, *juxta quoſdam: Aliis* י *eſt Affixum Pronomen, ut in initio Radicis poſitum.*

התל Pih. Ludificavit, Deluſit, Illuſit, & *irregulariter ſic dicitur, pro* הִתֵּל *cui non abſimile*

in פקד *in* Hithp. *Conſtruitur cum Præpoſitione* ב: Præterit. הֵתֵל בִּי *Illuſit mihi, Geneſ.* 31, 7. Infinit. cum Futuro, כְּהָתֵל בֶּאֱנוֹשׁ תְּהָתֵלּוּ בוֹ *Secundùm illudere, vel, ſicut illuditis homini, illuditis ei? Job.* 13. *verſ.* 9. Regularis forma, וַיְהַתֵּל בָּהֶם *Illudebat eis,* 1. *Reg.* 18. *v.* 27. Pyh. Præterit. לֵב הוּתַל *Animus illuſus, Jeſa.* 44. 20.

הֲתֻלִּים *m. p.* Ludificationes, Illuſiones, *Job.* 17, 2.

מַהֲתַלּוֹת *f. p.* Idem, *Jeſa.* 30, 10.

התת Pih. הוֹתֵת Prava moliri, inſidiari, machinari. Futur. תְּהוֹתְתוּ *Prava, vel, Ærumnas machinabimini, Pſal.* 62. *v.* 4. *Aben Eſra & R. Salom. deducunt à Nomine Plurali* הַוּוֹת *de quo in* הָוָה *ita ut* ת *ſervile tranſeat in Radicale. Sic & Kimchi,* תחשבו הוות *Cogitabitis prava.*

ו

וו *m.* Uncinus, Uncus, *à quorum formâ litera* ו *& figuram & nomen habet. Tales ſunt Unci, in quibus janua verſatur.* Plural. עָשָׂה וָוִים *Fecit uncos, Exod.* 38, 28. Conſtr. וָוֵי הָעַמֻּדִים *Uncos columnarum, Exod.* 27, 10. Aff. וָוֵיהֶם *Unci earum, Exod.* 26, 37.

ז

זאב *m.* Lupus, *Geneſ.* 49, 27. Plural. כִּזְאֵבִים *Sicut lupi, Ezech.* 22, 27. Conſtr. זְאֵבֵי עֶרֶב *Lupi veſpera, id eſt, Veſpertini, Soph.* 3, 3.

זאת *Pronomen fœmininum, vide infrà in* זה.

זבב זבוב *m.* Muſca, *Jeſa.* 7. *v.* 18. Plural. Conſtruct. זְבוּבֵי מָוֶת *Muſcæ mortis, Eccleſ.* 10, 1.

זבד

זָבַד Dotare, Donare: Præter. זְבָדַנִי אֱלֹהִים *Donavit me Deus, Geneſ. 30, 20.*

זֶבֶד *m.* Dos, Donum, Donatio: זֶבֶד טוֹב *Donatione bonâ, Geneſ. 30, 20.*

זָבַח Mactavit, Sacrificavit. *Priori ſignificatione extat, Geneſ. 31, 54. 1. Sam. 28, 24. 1. Reg. 19, 21.* Pih. Præter. זִבַּח *Sacrificavit, 2. Paral. 33, 22.* Particip. מְזַבֵּחַ *Sacrificabat, 1. Reg. 3, 3.*

זֶבַח *m.* Sacrificium, Sacrificatio, Victima, *Hoſ. 6. v. 6.* Mactatio, Mactatilia animalia: זֶבַח גָּדוֹל *Mactationem magnam. Ezech. 39, 17.* Aff. עַל־זִבְחִי *Ad mactationem meam, ibid.* Plural. וַיִּזְבַּח זְבָחִים *Et ſacrificavit ſacrificia, Geneſ. 46. v. 1.* Conſtr. לְזִבְחֵי אֱלֹהֵיהֶן *Ad ſacrificia deorum ſuorum, Num. 25, 2.* Aff. וְדַם־זְבָחֶיךָ *Et ſanguis ſacrificiorum tuorum, Deuter. 12, 27.*

זִבְחָה *f.* Sacrificatio: Plur. cum Aff. מִזִּבְחוֹתָם *Propter ſacrificationes ſuas, Hoſ. 4, 19.*

מִזְבֵּחַ *m.* Altare, *quaſi Sacrificatorium:* Conſtr. מִזְבַּח אֲדָמָה *Altare terræ, h. e. terreum, Exod. 20, 24.* Aff. אֶת־מִזְבְּחוֹ *Altare ejus, Jud. 6, 32.* Plural. שִׁבְעָה מִזְבְּחוֹת *Septem altaria, Numer. 23. v. 1.* Aff. אֶת־מִזְבְּחוֹתֶיךָ *Altaria tua, 1. Reg. 19, 10.*

זָבַל Habitavit, Cohabitavit: Futur. יִזְבְּלֵנִי *Habitabit mecum, Geneſ. 30, 20. pro* יִזְבּוֹל עִמִּי.

זְבֻל, **זְבוּל** *m.* Habitaculum, *1. Reg. 8. v. 13. de Templo Salomonis. Inde & de Cœlo dicitur, quod eſt proprium Habitaculum Dei, Jeſa. 63, 15. & ſtellarum, Hab. 3, 11.*

זְבֻלָה *fœm.* Idem, *Hab. 3, 11. R. Sal. tamen* ה *in fine vult eſſe loco* ל *in principio, quod locum denotare ſolet, pro* לִזְבוּל *vel* בִּזְבוּל *In habitatione.*

זְבַן Chald. *Emit, Redemit:* Particip. Plural. זָבְנִין Redimentes eſtis, Redimitis, Dan. 2. v. 8. Pahel זַבֵּן vendere.

Digitized by Google

זָג m. Cortex, Cutis exterior uvarum: מֵחַרְצַנִּים וְעַד זָג *Ab acinis vel acinorum nucleis uſque ad cutem, Num. 6, 4. R. Salomon. Aben Eſra notat, Quoſdam Sapientum dicere* חַרְצַנִּים *eſſe exterius,* זָג *interius uvarum: alios contrarium ſentire. Hoc petitum ex Codice Talmudico Nazir, cap. 6. fol. 34. ubi ita legitur:* Quid ſunt חַרְצַנִּים & quid ſunt זָגִים? חַרְצַנִּים ſunt exterius acinorum, & זָגִים ſunt interius, dixit R. Jehuda: at R. Joſe reſpondens, dixit: Ne erres ut jumentum: Exterius campanæ dicitur זוג & interius עִנְבָּל *id eſt,* Plectrum, Malleus ſive clavus interior. *Jonathan paraphraſta ſequitur priorem interpretationem: vertit enim,* מִקְלוּפִין וְעַד זָגִין גַּוְאִין דְעִנְבָא *A corticibus uſque ad acinos interiores uvæ.*

זֶה m. Hic, Iſte, Hoc, Iſtud: *Cum* הַ *ab initio,* הַזֶּה: Cum ב ſit Adverbium: בָּזֶה *In hoc ſcil. loco, i. e.* Hîc: *Num.* 22, 19. Sic, מִזֶּה *Ex hoc, ſcil. loco, id eſt,* Hinc. Geminatum in eadem ſententia, *eſt,* Hinc, Inde: ut, מִזֶּה אֶחָד וּמִזֶּה אֶחָד *Hinc unus & illinc alter, Exod.* 17. *v.* 12. Deficit quandoque Præpoſitio: *ut,* עֲלוּ זֶה *Aſcendite hâc, Num.* 13, 18. *i. e.* בְּזֶה הַדֶּרֶךְ *Per hanc viam: Item,* בָּזֶה *Juxta hoc, Jud.* 18, 3. *Quandoque per* Jam *exponi poteſt, vide Numer.* 14, 22. *&* 22, 23. Per Ellipſin Pronominis אֲשֶׁר exponenda hæc ſunt & ſimilia; וְזֶה אָהַבְתִּי *Et hic (pro hi quos) dilexi, Job.* 19. *v.* 19. אֶל־מְקוֹם זֶה *Ad locum hunc vel iſtum, (quem) fundaſti ipſis, Pſal.* 140. *v.* 8. *Vide & Prov.* 23, 22.

זֹה *f.* Hæc, iſta, Hoc, iſtud: מַה זֹּה עָשָׂה *Ecquid iſta facit? Eccleſ.* 2. *v.* 2. כָּזֹה וְכָזֶה *Secundùm hoc & ſecundùm hunc, id eſt, & talia mihi fecit, Jud.* 18, 4.

זוּ. זו. Idem eſt quod præcedens, & Vau eſt loco He: וְעֵדֹתִי זוּ *Et teſtimonium meum hoc. Pſ.* 132, 12. Dicitur & זו utroque genere: Maſc. זו עָם *Populum hunc, Jeſ.* 43, *v.* 22. Fœmin. *Pſal.* 10, 2.

זאת *fœm.* Hæc, Hoc, Iſta, Iſtud, *cum* א *in medio, loco* ת: זאת הָאָרֶץ *Hac terra, Deuter.* 34, *v.* 4. כָּזֹאת וְכָזֹאת *Sicut hoc & ſicut hoc, id eſt, Hac & talia mecum locuta eſt,* 2. *Regum* 5, *v.* 8.

זָהָב *maſc.* Aurum, *metonymicè,* Aureus nummus: *ut,* וְשֵׁשֶׁת אֲלָפִים זָהָב *Et ſex millia auri, id eſt, aureorum,* 2. *Reg.* 5, *v.* 5. *Metaphoricè,* Serenitas, Serenum, Aureſcens lux, *ut Varro dixit,* Aureſcit aër. *de L.L. lib.*6. מִצָּפוֹן זָהָב יֶאֱתֶה *Ab Aquilone venit aurea lux, Jobi* 37. *v.* 22. *id eſt, Serenitas puriſſima: nam venti aquilonares diſpellunt nubes: Aben Eſra,* זוֹהַר הַשָּׁמַיִם *Splendor cœli, qui ſimilis eſt colori auri. Item* Limpidus, Aureus liquor, *Zach.*4, 12. Conſtr. וּזְהַב הָאָרֶץ *Et aurum terræ, Gen.* 2, *v.* 12. Aff. זְהָבוֹ *Auri ſui, Jeſ.*2, 20. Talmudici ſeptem genera auri numerant in Joma, fol. 44, 2. Primum, זָהָב *generale eſt.* 2. זָהָב טוֹב *Aurum bonum, Geneſ.*2, 12. *quod diſtinctum ab auro vulgari.* 4. זָהָב אוֹפִיר *Aurum Ophir, de quo in* אפר: 4. זָהָב מוּפָז 1. *Reg.* 10, 18. *vide* פָּזַז. 5. זָהָב שָׁחוּט 2. *Paral.* 9, *v.* 15. *vide* שָׁחַט: 6. זָהָב סָגוּר 1. *Reg.* 6, 20. *vide* סָגַר. 7. זָהָב פַּרְוָיִם *Aurum Parvajim,* 2. *Paral.* 3, *v.*6. *ſic dictum, quòd ſimile ſit* לְדַם הַפָּרִים *ſanguini juvencorum. Hæc illi. Sed ſunt plura, veluti* כֶּתֶם. חָרוּץ. בֶּצֶר. *quæ vide ſuis locis.*

זָהַם Pih. Faſtidivit, Deteſtatus eſt, *tanquam ſordidum & immundum:* Præterit. fœmin. cum Affix. וְזִהֲמַתּוּ חַיָּתוֹ לָחֶם *Et faſtidivit vita ejus panem, Job.* 33, *v.*20. *In Targum eſt* Polluere, Inquinare: *polluta abominabilia ſunt.*

זָהַר Hiphil. הִזְהִיר Splenduit, Fulſit: *metaphoricè,* Monuit, Admonuit, Præmonuit, Commonefecit: Præter. וְהִזְהִיר אֶת־הָעָם *Et monuit populum, Ezech.* 33, 5. Futur. יַזְהִירוּ כְּזֹהַר *Splendebunt ſicut ſplendor, Dan.* 12, 3. Niph. Præter. נִזְהָר *Admonitus, Ezech.* 3,

*v.*21.Infin. לֹא יָדַע לְהִזָּהֵר *Neſcit admoneri, Eccl.*4, 13.

זֹהַר *m.* Splendor, *Dan.*12,3. *Ezech.* 8, 2.

זְהִירִין Chald. m. pl. *Moniti, Cauti:* וּזְהִירִין הֱווֹ Cauti eſtote, Eſræ 4, 22.

* זו · זו *Vide paulò antè in* זה, זו *vide in* זין.

זוּב Fluxit, Effluxit, Profluxit: *Specialiter etiam dicitur de Fluxu ſeminis virilis & ſanguinis menſtrui muliebris.* Partic. זָב *Fluens, id eſt, Gonorrheâ affectus, Levit.*15,2.*& ſic v,*13. זָב עִמְקֵךְ *Fluens eſt,vel, Fluit vallis tua,Jer.*49, 4. Fœmin. זָבָה *Fluens, Profluvio affecta, Levit.*15,*v.*19.Conſtr. זָבַת חָלָב *Fluens lacte,Exod.*3,8. Futur. יָזוּב *Fluxerit, Lev.*15,25.

זוֹב *m.* Fluxus,Profluvium, *Levit.*15,*v.*25. Aff. מִזּוֹבוֹ *E pruſluvio ſuo,v.*13.

זוּד Superbivit, Superbè, Arroganter egit: Præter. זָדוּ *Superbè egerunt,Exod.*18,*v.*11. Fœmin. זָדָה *Superbè egit,Jer.*50,29.Hiph. Præt. הֵזִידוּ *Superbiverunt, Neh.*9, 10.Chald.Infin. לַהֲזָדָה Ad ſuperbè agendum, Dan.5,20. Futur. יָזִיד *Superbè arroget ſibi, Deut.*18,20. יְזִידוּן *Superbiant, Deut.* 17, 13.

זֵד *m.* Superbus, Arrogans, *Proverb.*21, 24. Plural. זֵדִים Superbi *Jeſa.*13,11. *Et ſubſtantivè,*Superbiæ,Superba facta, וּמִזֵּדִים *Et à ſuperbiis, id eſt, ſuperbè factis, contumaciis, Pſal.* 19, 4.

זֵדוֹנִים *m. p.* Superbi: הַמַּיִם הַזֵּידוֹנִים *Aquæ Superbæ, Pſal.*124,5.

זָדוֹן *m.* Superbia, *Prov.*11,11. Conſtr. זְדוֹן לִבְּךָ *Superbia cordis tui, Jer.*49, 16. Aff. יָדַעְתִּי אֶת־זְדֹנְךָ *Novi ſuperbiam tuam,* 1.*Sam.*17,18.

זוה זָוִיּוֹת *f. p.* Anguli, *Zach.*9,15. כְּזָוִיּוֹת *Sicut anguli, id eſt, angulares, vel antarii lapides,Pſal.*144, 12.

מְזָוִים *m. p.* Idem: *& metonymicè* Cellæ, Promptuaria, Penuaria *angulorum:* מְזָוֵינוּ *Promptuaria noſtra, Pſalm.* 144, *v.* 13.

זח

זוז מְזוּזָה *f.* Poſtis, *Exod.*21,6.Conſtr.אֶל־מְזוּזַת הַבַּיִת *Super poſtem domus, Ezech.*45,19.Aff. וּמְזוּזָתָם אֵצֶל מְזוּזָתִי *Et poſtis eorum juxta poſtem meum, Ezech.*43,*v.*8. Plural. עַל מְזוּזוֹת *Super poſtes, Deut.* 6, 9.

זִיז *m.* Splendor, *radians ac movens ſe, Jeſa.*66,*v.*11. Apud Rabbinos זוז Moveri, Movere ſe: לא זז משם *Non movit ſe inde. Vide & infrà* זיז.

זול Vile eſſe, Vilipendere: Prodigere, Profundere: Partic. Plural; הַזָּלִים זָהָב מִכִּיס *Vilipendentes aurum de crumena, id eſt, tanquam vile prodigentes, Jeſ.* 46, *v.* 6. Hiph. Præter. הִזִּילוּהָ *Vilipendunt eam, Thren.*1,8. *cum Dageſch præter normam, pro* הֱזִילוּהָ: *Simile vide in* לוז *in* Hiphil.

זולל *m.* Vilis: Fœmin. כִּי הָיִיתִי זוֹלֵלָה *Quòd ſim vilis, Thren.*1,11. *Aliam ſignificationem vide in* זָלַל.

זֻלּוּת Vilitas, Res vilis: Plural. כְּרֻם זֻלּוּת *Quum extolluntur vilia, Pſalm.* 12,*v.*9. *ubi vocalis longa in Dageſch & brevem, euphoniæ cauſâ, mutata eſt: Quædam exemplaria habent* זלות *ex forma ſingularis numeri, & forma poteſt eſſe à* זָלַל.

זון Chald. *Alere, Paſcere, Suſtentare.* Futur. Ithp. יִתְּזִין Aletur, Dan. 4, 9.

זַן *m.* Alimentum, *juxta quoſdam:* מְפִיקִים מִזַּן אֶל־זַן *Proferentes de alimento in alimentum, Pſalm.* 144, *v.* 13. *id eſt omnis generis alimentum. Sic irregulariter eſt cum Pathach. Vide infra* זַן *ſuo proprio loco.*

זוֹנָה *f.* Caupona, Hoſpita, *quaſi Cibatrix dicta, eſtq; ſicut* טובה *à* טוב Bonum eſſe: בֵּית אִשָּׁה זוֹנָה *In domum mulieris cauponæ, Joſ.*2,*v.*1. *Targum,* אִתְּתָא פוּנדְקִיתָא Mulieris hoſpitæ. *Nam* פּוּנְדָק Hoſpitium, *à Græco* πανδοχεῖον. *R. Salom.* מוֹכֶרֶת מִינֵי מְזוֹנוֹת *Vendens ſpecies ciborum. Sic & Kimchi, etſi etiam aliam interpreta-*

Digitized by Google

tionem adducat, de qua in תרך. *R. Anſchel Germanicè reddit,* ein Speiſerin, ein Gaſtgeberin. *Sic communiter Hebræi. Vide amplius in* זנך.

מָזוֹן *m.* Alimentum, Commeatus, Eſca, Cibus: לֶחֶם וּמָזוֹן *Panem & Commeatum, Gen.*45,23. מָזוֹן לָרוֹב *Commeatum copioſum,* 2.*Par.*11,23.Chald. וּמָזוֹן לְכֹלָּא בֵהּ *Et cibus erat pro omnibus in ea, Dan.* 4, 9.

מוּזָנִים *m.p.* Benè-paſti, *Jerem,*5,*v.*8.*Sic Kimchi & alii. Maſorethæ legunt* מְיֻזָּנִים Armati, *ſcil. membro genitali, ut R. Salomon explicat, à* יָזַן *quod idem cum* זָיַן *Armare, de quo infrà.*

זוּעַ Movere, Commovere ſe: Particip. וְלֹא זָע *Neque movebat ſe, Eſth.*5,9.Futur. שֶׁיָּזֻעוּ *Quo commovebunt ſe, Eccl.*12,3. Chald. *Tremere:*Partic. זָאְעִין Trementes, Dan. 5, v.19. quod legendum juxta Maſorethas זָיְעִין cui ſimile in דון. Pih. Particip. ex geminatis literis, מְזַעְזְעֶיךָ *Commoventes te, Hab.* 2, 7.

זְוָעָה *f.* Commotio, *Jeſa.* 28,*v.*19.*& literis tranſpoſitis* לְזַעֲוָה *In commotionem, Deut.* 28, 25.

זוּר Alienari, Abalienare ſe: *Item,* Premere, Comprimere: Comprimi, Exprimi: Præter. זָרוּ *Alienati ſunt, Pſal.*78,*v.*30. Et cum Cholem, זֹרוּ *Abalienant ſe, Pſalm.*58,4. לֹא זֹרוּ *Non comprimuntur,vel,exprimuntur, Ieſa.*1,*v.*6. *ut ſcil.chirurgi vulnera biantia comprimere vel exprimere ſolent, pus ex iis abalienando; quæ poſſent etiam eſſe ex Pyhal:* רוּחִי זָרָה *Spiritus meus alienus eſt, Job.* 19, *v.* 17.Partic. præter. ſive Pahul. וְהַזּוּרֶה *Et quod compreſſum fuerit, Jeſ.*59,5. *in Segol loco Kametz, cui ſimile vide in* לון *quidam à* זָרָה *deducunt: vide illic,* Fut. וַיָּזַר אֶת־הַגִּזָּה *Et compreſſit vellus, Jud.*6,38.*vel, Aſperſerat, à* זָרָה. Aff. תְּזוּרֶהָ *Comprimet illud, Job.*39,*v.* 18. Niph. Præter. נָזֹרוּ *Abalienarunt ſe, Jeſ.*1,14.Pih. זוֹרֵר Sternutare

care:Futur. וַיְזוֹרֵר *Et ſternutavit*, 2. *Reg*.4, *v*.35.Hoph. Partic. מוּזָר *Alienus factus ſum*, *Pſal*.69,9.

זָר *m*. Alienus, Extraneus, *Levit*. 22, *v*.10.Plural. זָרִים *Alieni*, *Jer*.2,25.Fœmin. זָרָה *Aliena*, *Prov*. 5,20. Plur. פִּי זָרוֹת *Os alienarum*, *Prov*.22,14. *Aben Eſra*, *Exod*.21, *v*.8. זָר *dicitur*, *qui non eſt de familia ejusdem tribus*.

זֵר *Vide infrà in* זרר.

זָרָא *maſc*. Faſtidium, Nauſea, Ejectamentum: *quod tanquam alienum faſtidimus*, *aut cum faſtidio ejicimus*, *Numer*. 11, 20. *cum* א *loco* ה, *cui ſimile in* חגג.

מָזוֹר *m*. Vulnus, Ulcus, *ſic dictum*, *quòd Comprimi ſoleat*, *Obad*.7, *Item* Curatio, Sanatio vulneris, *Jerem*. 30, 13. Aff. אֶת מְזֹרוֹ *Ulcus ſuum*, *Hoſ*.5,13.

* מַמְזֵר *Quod hic adducunt*, *vide in* מזר.

זחח Niphal. נָזַח Tolli, Attolli, Extolli, Efferri, Auferri. Futur. וְלֹא יִזַּח *Neque attollitor*, *aufertor*, *removetor*, *Exod*.28, *v*.28. *Sic* 39. *v*.21. *In* Targum, זְחִיחֵי לִבָּא *Elati animo*, *Job*.36,13. זְחוּחָא Elatio, Superbia, *Thren*.3,39.

זחל Timuit, Veritus fuit: Præterit. זָחַלְתִּי *Veritus ſum*, *Job*.32,6. *Hinc Chaldæi dicunt* דְּחַל. *Item*, Repere, Reptare, Serpere. Partic. כְּזֹחֲלֵי אֶרֶץ *Sicut reptilia terræ*, *Mich*.7,17. זֹחֲלֵי עָפָר *Serpentum pulveris*, *Deut*, 32, *v*. 24. Chald. דְּזָחֲלִין בְּעַפְרָא *Quæ reptant in terra*. *Et Nomen* זְחִיל Tinea, *in Targum*, *Job*.13,28.

זיו Chald. *Splendor*: Aff. זִיוִי Splendor meus, Dan. 4, v.33. וְזִיוֵהּ Et ſplendor ejus, Dan.2 v.31. Plural. זִיוָיךְ Splendores tui, Dan.5, verſ.10. זִיוֹהִי Splendores ejus, Dan.5,6. זִיוַי Splendores mei, Dan.7,28.

זו *m*. Sif, menſis Aprilis nomen, 1. *Reg*.6, *v*.1. *ſic dictus*, *quòd ſit in eo* זִיוָא לְאִילָנִים *Splendor arboribus*. *Tyriorum vel Sidoniorum vocabulum eſſe exiſtimant*, *ſicut &*

Bul & Ethanim, *quæ in eodem libro occurrunt, ut ſuis locis dictum.*

זיז *m.* Fera, *Pſalm.*50,*verſ.*11.*&* 80,14.*juxta R. David. R. Salomon* Reptile *interpretatur à* זוז Movere ſe. *Aben Eſra,* Aves, Volatilia: Chaldæus, *Gallus ſylveſtris,* cujus tali pedum in terra ſtant, & caput in cœlum uſque pertingit. *Inde fabula Talmudica in Bava bathra fol.*73,2. *quam in Synagoga Judaica recenſuimus cap.* 50. *Item* Splendor, *idem quod* זִיו *Jeſa.*66,11. *Sive* Motio, Commotio, *juxta R. Salom.*

זַיִן Chald. *Armatura, Arma:* מָנֵי זֵינָא Inſtrumenta armorum, 1.Reg.10,22. Plural. זֵינִין *Cantic.*4,*v.*4. *Hinc videtur eſſe Hebraicè* וְהַזֹּנוֹת *Et arma,* 1.*Reg.*22,38. *Et alterum,* אֲזֵנִים *unde* אֲזֵנֶךָ *Arma tua, Deut.*23,*v.*13. *Sic in Targum,* בְּבֵית אֲזֵנִין *In domo armorum, Jeſa.*49,2. *Et* זַיֵּן Armare: אִזְדַּיַּן Armatus fuit.

זִיק *m.* Scintilla, Flamma: Malleolus, Faſciculus, Laqueus piceus: Plural. הַיֹּרֶה זִקִּים *Qui jaculatur ſcintillas, tela ſcintillantia, aut Malleolos, Prov.*26,18. *& Dageſch eſt loco vocalis longæ:* Fœmin. מְאַזְּרֵי זִיקוֹת *Accingitis ſcintillas, Jeſa.*50,*v.* 11. וּבְזִיקוֹת *Et in flammis, ibid. Vide &* זקק.

זַיִת *c.* Olea, Oliva: Olivetum: *Gen.* 8, 11. Conſt. אֶרֶץ זֵית שֶׁמֶן *Terram oleæ olei, i. oleoſam, Deuter.* 8, *v.* 8. Aff. זֵיתְךָ *Oleam tuam, Deuter.* 24, *v.* 20. Plural. זֵיתִים *Oleæ, Deut.* 28, 40. Aff. זֵיתֵיהֶם *Oleas eorum, Neh.* 5, 11.

זָכָה Purus, Mundus fuit: Purum habuit ſeu pronunciavit: Futur. הַאֶזְכֶּה *Num purum habebo? Mich.* 6:11. תִּזְכֶּה *Mundus ſis, Pſal.* 51, 6. Pih. Præter. זִכִּיתִי לְבָבִי *Purificavi cor meum, Pſal.*73,*v.*13. Fut. יְזַכֶּה נַּעַר *Purificabit puer, Pſal.*119,9. Hithp. Imper. הִזַּכּוּ *Purificate vos, Jeſ.* 1, *verſ.*16.*pro* הִזְדַּכּוּ *de qua anomalia vide*

Theſau-

Digitized by Google

Theſaurum noſtrum Grammaticum libro 1. *capite* 19. *ad Præteritum.*

זָכוּ *f.* Chald. *Puritas,* Dan. 6, 22. per Apocopam uſitatam literæ ת.

זָכַךְ Purus, Mundus fuit: Præterit. זַכּוּ *Puri ſunt,* *Job.* 15, 15. Hiph. Præter. וַהֲזִכּוֹתִי *Et emundavero,* *Job.* 9. 30.

זַךְ *m,* Mundus, Purus, *Levit.* 24, 2. *ubi cum Kametz: & Prov.* 16, *verſ.* 2. *eſt cum Patbach.* Fœmin. וּלְבֹנָה זַכָּה *Et thus purum, Exod.* 30, 34.

זְכוּכִית *f.* Gemma nitidiſſima, *Job.* 28, *v.* 17. *Aben Eſra,* Lapis pretioſus nitidus: *Rabbinis,* Vitrum, *à puritate.*

זָכַר Recordatus fuit, Meminit, Memor fuit: Odoratus fuit, quando de ſacrificiis uſurpatur. *Conſtruitur communiter cum Accuſativo, tam coniuncto quàm diſjuncto: quandoq; cum Dativo:* Præter. זְכַרְתַּנִי *Recordaris mei, Geneſ.* 40, 14. זָכַרְתִּי לָךְ *Recordor tui, Jer.* 2, *v.* 2. Imp. זְכוֹר לִי אַתָּה *Recordare mei tu, Pſal.* 25, 7. Futur. יִזְכּוֹר כָּל־מִנְחֹתֶךָ *Odoretur omnia ſacrificia tua, Pſ.* 20. 4. Niph. נִזְכַּר Memorari, Commemorari, In memoria eſſe, Memoriam fieri: *Item,* Maſculum naſci, *ex Nomine derivato.* Præter. וְנִזְכַּרְתֶּם *Et memoria veſtri fiet, Num.* 10, 9. Fut. וְלֹא יִזָּכֵר *Et non memorabitur, Pſ.* 83, 5. Et ſecundùm aliam ſignificationem, כָּל־מִקְנְךָ תִּזָּכָר *Omne pecus tuum quod maſculum naſcetur, Exod.* 34, 19. Hiph. הִזְכִּיר Recordari fecit, Memoravit, Commemoravit, Memoriam conſtituit, In memoriam revocavit, Memoriam celebravit. *Ad ſacrificia relatum quandoque per* Adolere *reddunt*: Præter. הִזְכַּרְתַּנִי אֶל פַּרְעֹה *Memoriam facias mei apud Pharaonem, Geneſ.* 40, *v.* 14. Partic. מַזְכִּיר לְבֹנָה *Adolent thus, Jeſ.* 66, 3. מַזְכִּיר Monens, A memoria, A commentariis, 2. *Sam.* 8, 16.

Infinit.

Infin. יַעַן הִזָּכֶרְכֶם *Eò quòd in memoriam revocatis, Ezechiel.* 21, 24.

זֵכֶר ׳זֶכֶר *maſc.* Memoria, Memoriale: Odor: Affix. זִכְרוֹ אָבַד *Memoria ejus periit, Job.* 18, 17. Et ſecundùm aliam ſignificationem, זִכְרוֹ *Odor ejus, Hoſ.* 14, 8.

זָכָר *maſc.* Mas, Maſculus, *quaſi Patris & paterna familia Memoriale & Monimentum; Nam* מִשְׁפַּחַת אֵם אֵינָהּ קְרוּיָה מִשְׁפָּחָה *Familia matris non vocatur familia. Aut à Memoria; nam ea magis valet, & ingenii eſt præſtantioris quàm mulier. Unde Ovidius:*

Fortius ingenium ſuſpicor eſſe viris.

Plural. הַזְּכָרִים *Maſculi, Exod.* 13, 12.

זָכוּר *maſc.* Mas, Maſculinum, *quaſi Maſculatum dicas:* Aff. כָּל־זְכוּרְךָ *Omne maſculinum tuum, omnis mas tuus, Exod.* 23, *verſ.* 17. כָּל־זְכוּרָהּ *Omnem marem ejus, Deuteronom.* 20, 13.

זִכָּרוֹן *m.* Memoria, Monimentum, *Exod.* 39, 7.

זִכְרוֹן *m.* Memoria, *Eccleſ.* 1, *v.* 11. Aff. זִכְרוֹנֵךְ *Memoriam tui, Jeſ.* 57, 8. Plur. cum Aff. זִכְרוֹנֵיכֶם *Memoriæ veſtræ, Job.* 13, *v.* 11. Fœmin. סֵפֶר הַזִּכְרֹנוֹת *Liber memoriarum, ſive rerum memorabilium, Eſth.* 6, 1.

אַזְכָּרָה *fœm.* Suffimentum: Odoramentum: לְאַזְכָּרָה *In memoriale ſuffimentum, Levit.* 24, *v.* 7. Aff. אַזְכָּרָתָהּ *Suffimentum memoriale ejus, Num.* 5, 26.

זלג מַזְלֵג *m.* Fuſcina, 1. *Sam.* 2, 14. Plur. וְאֶת־הַמִּזְלָגֹת *Et fuſcinas, Exod.* 38, *v.* 3. Aff. וּמִזְלְגֹתָיו *Et fuſcinulas ejus, Exod.* 27, 3.

זלל זוֹלֵל *m.* Epulo, Comeſſator, *Deut.* 21, 20. *Prov.* 23. *v.* 21. בְּזוֹלֵל *Vide ſuprà in* זול Plur. וְרֹעֶה זוֹלְלִים *Et paſcens comeſſatores, Prov.* 28, 7. Conſtr. בְּזֹלְלֵי בָשָׂר *Cum comeſſatorib. carnis, Prov.* 23, 20. Fœm. זֹלֵלָה ׳זֻלָּה: *vide ſuprà in* זול. *Verbum* נָזֹלּוּ *vide in* נזל.

זלזלים

זַלְזַלִּים *m.* Flagella in vitibus, *Jeſa.* 18. *v.* 5. *dicta, quaſi Epulones humoris.*

זִלְעָפָה *f.* Preſter, Procella, *celerrima propriè ac graviſſima, Pſal.* 119, *v.* 53. Plural. cum Chirek ab initio, וְרוּחַ זִלְעָפוֹת *Et ventus preſterum, i. e. procelloſiſſimus, Pſal.* 11, 6. Conſtr. מִפְּנֵי זַלְעֲפוֹת רָעָב *Propter procellas famis, Thren.* 5. *v.* 10. *id eſt, famem vehementiſſimam.*

זלת זוּלַת Præter, Niſi, Excepto: *Et in Pathach quaſi formâ constructâ, quæ & in aliis Particulis occurrit,* זוּלַת *Præter,* 2. *Reg.* 24. *v.* 14. Cum י paragogico, זוּלָתִי כָּלֵב *Præter Caleb, Deut.* 1, 36. Et cum Aff. זוּלָתִי *Præter me, Hoſ.* 13, 4. זוּלָתְךָ *Præter te, Jeſ.* 64, 4.

זָמַם Cogitavit, Molitus fuit, *tàm in bonum, quàm in malum:* Præter. זָמַם *Cogitavit, Deuter.* 19. *v.* 19. זַמֹּתִי *Cogitavi, Zach.* 8, 14. Et defectivum, זַמֹּתִי *Cogitavi, Pſal.* 17, 3. Particip. זוֹמֵם לַצַּדִּיק *Cogitat juſto, Pſal.* 37, 12.

זָמָם *f.* Molitio, Scelus, Scelerata cogitatio: Aff. זְמָמוֹ *Sceleratam cogitationem ejus, Pſal.* 140, 9.

זִמָּה *f.* Cogitatio, Scelus, *Lev.* 18, 17. Conſtr. זִמַּת נְעוּרָיִךְ *Scelus adoleſcentiæ tuæ, Ezech.* 23. *v.* 21. Aff. זִמָּתֵךְ *Scelus tuum, Ezech.* 16, 58. כְּזִמַּתְכֶנָה *Secundùm ſcelus veſtrum, Ezech.* 23, 48. *ubi* ה *in fine paragogicum eſt: Simile fuit ſuprà in* נוה*: vide etiam* בסר: Plural. זִמֹּתַי נִתְּקוּ *Cogitationes meæ avulſæ ſunt, Job.* 17, 11.

מְזִמָּה *f.* Cogitatio, Solertia, *ut in Proverbiis Salomonis paſſim accipitur, &* Scelus: לִמְזִמָּה *Ad ſcelus, id eſt, ſceleratè, Pſal.* 139, 20. Geminato ה fœminino, cujus prius ſemper in ת tranſit: מְזִמָּתָה *Scelus graviſſimum, Jer.* 11. *v.* 15. *cui ſimile ſuprà in* אים *& in* ישע: Aff. מְזִמָּתוֹ *Cogitatio ejus, Jer.* 51, 11. Plural. אִישׁ מְזִמּוֹת *Virum ſcelerum, id eſt,*

id eſt, ſceleratum, Prov. 12, 2. Aff. מְזִמּוֹתָיו *Omnes cogitationes ejus, Pſal.* 10, 4.

זְמַן Chald. *Parare, Præparare:* Præt. Hithp. הִזְדַּמִּנְתּוּן Præparatis vos, Dan. 2, 9. *Vide de eo Theſaurum noſtrum Grammaticum cap.* 16. *Hebraicè* Particip. ex Pyh. לְעִתִּים מְזֻמָּנִים *Paratis, deſignatis, conſtitutis temporibus, Nehem.* 10, 34. Fœmin. בְּעִתִּים מְזֻמָּנוֹת *Temporibus conſtitutis, Nehem.* 13. *v. ult.*

זְמָן *m.* Tempus, propriè condictum & determinatum *Eccl.* 3. 1. Aff. וְכִזְמַנָּם *Et ſecundùm condictum tempus eorum, Eſth.* 9. *v.* 27. Plural. cum Aff. בִּזְמַנֵּיהֶם *Condictis temporibus eorum, Eſth.* 9, 31. Chald. *m.* זְמַן · זִמְנָא Idem, Dan. 7. v. 12. & 22. Plural. זִמְנִין Tempora, Dan. 6. v. 11. עִדָּנַיָּא וְזִמְנַיָּא Tempora ac tempeſtates, Dan. 2, 21.

זמר Putavit, Præcidit: Futur. תִּזְמֹר כַּרְמֶךָ *Putabis vineam tuam, Levit.* 25, 3. Niph. Futur. לֹא יִזָּמֵר *Non putabitur, Jeſ.* 5. *v.* 6. Pih. זִמֵּר Pſallere; *Notat modulationes artificioſas, certis caſuris & numeris Inciſas.* Conſtruitur cum Dativo & Accuſativo. Infinitiv. וּלְזַמֵּר לְשִׁמְךָ *Et pſallere nomini tuo, Pſal.* 92, 2. Futur. אֲזַמְּרָה שִׁמְךָ *Pſallam nomini tuo, Pſal.* 9, 3. יְזַמֶּרְךָ *Pſallat tibi, Pſal.* 30, 13.

זָמִיר *maſc.* Cantus, Pſalmodia: Minuritio, Minurizatio, Cantus avium variè inciſus, qualis eſt philomelæ, *Cantic.* 2. *v.* 12. Conſtr. זְמִיר עָרִיצִים יַעֲנֶה *Cantum violentorum ſive tyrannorum humiliabit, juxta Aben Eſram, Jeſa.* 25. *v.* 5. *quaſi dicat, Faciet Deus ne tyranni amplius de juſtis triumphent.*

זֶמֶר *m.* Camelopardalis, *Deut.* 14, 5. *Judæis in verſione Germanica eſt,* Rupicapra, ein Gembs.

זַמָּר *m.* Chald. *Cantor, Muſicus.* Plural. זַמָּרַיָּא Cantoribus, Eſr. 7, 24.

זמרא

זְמָרָא Chald. *Muſica*: כָּל־זְנֵי זְמָרָא Omnis generis muſices, Dan. 3, 5.

זְמֹרָה *fœm.* Palmes, Surculus, Propago, *ſic dicta, quòd Putari ſolet, Num.* 13, 24. אֶת־הַזְּמוֹרָה *Surculos, Ezech.* 8. *v.* 17. Conſtr. וּזְמֹרַת זָר *Et palmite extraneo, Jeſ.* 17. 10. Plural. cum Aff. וּזְמֹרֵיהֶם *Et palmites eorum, Nah.* 2, 2. *At Ezech.* 8, 17. *juxta Hebr. eſt* Fœtor, Odor malus ventris, Crepitus ventris, *quomodo ignominiæ cauſâ vocat Suffitum in Templo.*

זִמְרָה *f.* Pſalmodia, Cantus, Carmen, Pſalmodica inſtrumenta: *Et in* ת *loco* ה, וְזִמְרָת *Et carmen, Jeſ.* 12, 2. *Pſal.* 118, 14. Conſtr. מִזִּמְרַת הָאָרֶץ *De cantione terræ, Geneſ.* 43, 11, *id eſt, rebus laudatiſſimis terræ, quæ decantari ſolent*

זְמִירָה *f.* Cantio, Pſalmus: Plural. זְמִירוֹת *Cantiones, Job.* 35, 10.

מִזְמוֹר *m.* Pſalmus: *Pſal.* 3, 1.

מְזַמְּרוֹת Pſalteria, Inſtrumenta muſica, 2. *Reg.* 12, 14.

מַזְמֵרוֹת *f. p.* Falces putatoriæ, *Jeſ.* 18, 5. Aff. וּמַזְמְרוֹתֵיכֶם *Et falces veſtras, Joël.* 4, 10.

זַן Chald. *Species*: pro Hebræo מִין ſæpè in Targum ponitur: Plural. Conſtruct. כָּל זְנֵי Omnes ſpecies, Daniel. 3, 5. *Hinc, juxta quosdam, in Hebræo,* מִזַּן אֶל־זַן *De ſpecie in ſpeciem, id eſt, Omnis generis commeatus, varia annonæ genera, de quo etiam ſuprà in* זון: Plural. וּזְנִים *Et ſpecies,* 2. *Paral.* 16, 14.

זָנָב *maſc.* Cauda, *Jud.* 15, *v.* 4. Aff. זְנָבוֹ *Caudam ſuam, Job.* 40, *v.* 12. Plurale terminationis fœmin. ſed generis maſc. בֵּין־שְׁנֵי הַזְּנָבוֹת *Inter duas caudas, Jud.* 15. *v.* 4. Conſtr. זַנְבוֹת *Jeſa.* 7, 4.

זִנֵּב Pih. Decaudare, Caudâ truncare: Præteritum, וְזִנַּבְתֶּם אוֹתָם *Et decaudabitis eos, id eſt, extremos cadetius*

tis, Joſ. 10. *v.* 9. Futur. וַיְזַנֵּב *Et decaudavit, id eſt, poſtremo agmine cecidit, Deut.* 25, 8.

זָנָה Scortatus eſt: *Conſtruitur cum Prapoſitionibus,* אַחֲרֵי ,עַל ,אֶל ,מִן ,ב ,אֵת : Infin. לִזְנוֹת אֶל־בְּנוֹת *Scortari cum filiabus Moab, Num.* 25, 1. *ubi* אֶל *idem eſt quod* עִם. Futur. per Apocopam, וַתִּזֶן *Et ſcortata eſt, Jerem.* 3. *v.* 8. Pyh. Præter. זוּנָּה *Scortatio peracta fuit, Ezech.* 16, 34. Hiph. Præter. הִזְנִיתָ *Scortaris, Hoſ.* 5, 3. Infinit. הַזְנֵה הִזְנוּ *Scortando ſcortati ſunt, Hoſ.* 4. *v.* 18. כְּהַזְנוֹת *Sicut ſcortata eſt,* 2. *Par.* 21, 13. Et tranſitivè, לְהַזְנוֹתָהּ *Faciendo ut ſcortetur ipſa, Lev.* 19, 29. Futur. per Apocopam, וַיֶּזֶן *Et ſcortari fecit,* 2. *Paral.* 21, 11.

זוֹנָה *f.* Scortum, Meretrix: אִשָּׁה זֹנָה *Mulierem meretricem, Levit.* 21. *v.* 7. *Sic etiam Græci Interpretes acceperunt, Joſ.* 2. *v.* 1. *reddentes* ἡ πόρνη. *Id imitati Apoſtoli, ad Hebræos* 11. *v.* 31. *Jac.* 2. *v.* 25. *Vide* זון. Plur. זֹנוֹת נָשִׁים *Mulieres meretrices,* 2. *Reg.* 3, 16. וְהַזֹּנוֹת *ex alia ſignificatione, Vide in* זין.

זְנוּת *f.* Scortatio, *Hoſ.* 4. *v.* 11. Plur. formæ maſculinæ cum Aff. זְנוּתֵיכֶם *Scortationes veſtras, Numer.* 14. *v.* 33. בִּזְנוּתַיִךְ *In ſcortationibus tuis, Jerem.* 3, 2.

זְנוּנִים *m. p.* Scortationes, *Hoſ.* 1, *verſ.* 2. Conſtr. זְנוּנֵי 2. *Regum* 9. *v.* 22. Aff. וְתָסֵר זְנוּנֶיהָ *Et auferat ſcortationes ſuas, Hoſ.* 2, 2.

תַּזְנוּת *f.* Scortatio: Aff. תַּזְנוּתָם *Scortationem ſuam, Ezech.* 23, 8. Plural. formæ maſcul. cum Aff. תַּזְנוּתֶיהָ *Scortationes ſuas, Ezech.* 23, 7.

זָנַח Deſeruit, Abjecit, Rejecit, Repulit: Præter. זָנַח יִשְׂרָאֵל *Deſeruit Iſraël, Hoſ.* 8. *v.* 3. Futur. לֹא יִזְנַח *Non rejicit, Thren.* 3, 31. Hiph. Præter. אֲשֶׁר הִזְנִיחַ *Quæ abjecerat,* 2 *Paral.* 29, 19. Cum Epentheſi, וְהֶאֶזְנִיחוּ *Et retrò abjecerunt, Jeſ.* 19, 6. יַזְנִיחֲךָ *Rejiciet te,* 1. *Par.* 28, 9.

* זְנוּנִים Vide paulò antè in זָנָה.

זנק Pih. Exſiliit, Subſiliit: Futur. יְזַנֵּק Exſiliet, Deuteron. 33. v. 22.

* זָעָה Vide in יָזַע: זְוָעָה vide in זוּע.

זעך Niph. נִזְעַךְ Exſtingui: Præterit. נִזְעָכוּ Exſtinguuntur, Job 17. v. 1. idem quod דָעַךְ commutatis ז & ד more Chaldæorum.

זעם Indignatus fuit: Deteſtatus fuit, Sprevit: Conſtruitur cum Accuſativo & Præpoſitione עַל: Præter. cum Futuro, אֶזְעֹם אֵל זָעַם יְהוָה Deteſtarer quem non deteſtatur Dominus, Num. 23, 8. וְזָעַם עַל בְּרִית Et indignabitur contra fœdus, Dan. 11, 30. Part. Præter. Conſtr. זְעוּם יְהוָה Deteſtabilis Domino, Prov. 22, 14. Fœm. זְעוּמָה Deteſtabile eſt, Mich. 6, 10. Imper. irregularis זֹעֲמָה Deteſtare, Num. 23, 7. Niph. Partic. נִזְעָמִים Indignabundi, Proverb. 25, 23.

זַעַם m. Indignatio, Ira, Jeſa. 10, 25. Aff. כְּלֵי זַעְמוֹ Vaſa indignationis ejus, Jeſa. 13, 5.

זעף Indignatus, Turbatus fuit: Particip. Plural. זֹעֲפִים Turbati vel Mœſti, Gen. 40, 6. Infin. וּבְזַעְפּוֹ Et cùm indignaretur ipſe, 2. Par. 26, 19. Futur. וַיִּזְעַף Et indignatus fuit, ibid.

זָעֵף m. Indignabundus, 1. Reg. 20, 43.

זַעַף m. Indignatio, Æſtus, Mich. 7. verſ. 9. Aff. מִזַּעְפּוֹ Ab æſtu ſuo, Jon. 1, 15.

זעק Clamavit, Exclamavit: Præterit. זָעַקְתִּי אֵלֶיךָ Clamavi ad te, Pſal. 142, 6. Inf. מִזְּעֹק A Clamando, 1. Sam. 7, 8. Imp. זַעֲקִי עִיר Exclama civitas, Jeſ. 14, 31 Chald. Præter. זְעִק Inclamavit, Dan. 6. v. 20. Niph. נִזְעַק Conclamari, Convocari. Præter. נִזְעַקְתָּ Convocatus es, Jud. 18, 23 Fut וַיִּזָּעֵק Et convocatus eſt, Jud. 6, 34. Hiph. הִזְעִיק Clamare effecit, Acceſſivit, Convo-

Digitized by Google

cavit: Infinit. לְהַזְעִיק *Ad convocandum*, 2. *Sam*.20, 5. Imperat. הַזְעֶק־לִי *Convoca mihi*, 2.*Sam*.20.*v*.4. Futur. יַזְעִיקוּ *Efficiunt ut clament*, *Job*. 35, 9.

זְעָקָה *f*. Clamor, *Eſth*. 4, 1. Conſtr. זַעֲקַת סְדֹם *Clamor Sedom*, *Gen*.18,20. Aff. לְזַעֲקָתִי *Clamori meo*, *Job*.16,18.

זְעֵר Modicum, Pauxillum, Pauculum, Pauliſper: זְעֵר שָׁם זְעֵר שָׁם *Pauculum hic, pauculum illic*, *Jeſ*.28.*v*.10. כַּתַּר־לִי זְעֵיר *Exſpecta, Suſtine me pauliſper*, *Job*.36,2. *Verbum* זְעַר *in Targum*, Minui, Diminui, Parum, Parvum eſſe vel fieri: אִזְעַר Minuere, Diminuere. זְעִיר Parvus, זְעֵרוּת Paucitas. זְעוּרָא Minorennitas, Pueritia.

זְעֵירָה Chald. Fœm. Parvum, Dan. 7, 8.

מִזְעָר Idem: וְנִשְׁאַר אֱנוֹשׁ מִזְעָר *Et remanebit homo puſillus, id eſt, Perpauci reliqui fient*, *Jeſ*. 24, 6.

זֶפֶת *f*. Pix, *Exod*. 2, 3. וְנֶהֶפְכוּ נְחָלֶיהָ לְזֶפֶת *Et convertunt flumina ejus in picem*, *Jeſ*. 34, 9.

זָקֵן Senuit, Conſenuit: Præter. כִּי זָקֵן *Quum ſenuiſſet*, *Geneſ*.27,1. אֲנִי זָקַנְתִּי *Ego ſenui*, *Joſ*.23,2. Futur. וַיִּזְקַן *Et ſenuit*, 2.*Paral*.24,15. Hiph. Futur. יַזְקִין *Senuerit*, *Job*. 14, 18.

זָקֵן *m*. Senex, *Jeſ*.3,2. Conſtr. זְקַן בֵּיתוֹ *Senem domus ſuæ*, *Geneſ*.24,2. Plural. נְעָרִים וּזְקֵנִים *Pueros & ſenes*, *Jeſ*. 20. *verſ*. 4. לַזְּקֵנִים *Senioribus*, *Ruth*. 4. *v*. 9. Conſtr. אֶת־זִקְנֵי יִשְׂרָאֵל *Seniores Iſraël*, *Exod*.3. *v*.16. Aff. וּזְקֵנָיו *Et ſeniores ejus*, *Joſ*. 8. *v*. 33. Fœm. זְקֵנִים וּזְקֵנוֹת *Senes & anus*, *Zach*. 8, 4.

זֹקֶן *m*. Senium, Senectus: כָּבְדוּ מִזֹּקֶן *Graves erant præ ſenio*, *Geneſ*. 48, 10.

זָקָן *c*. Barba: זָקָן גְּרוּעָה *Barba raſa*, *Jeſ*.15,2. *ubi fœmininum*: Conſtr. זְקַן עֲמָשָׂא *Barbam Amaſæ*, 2. *Sam*. 20, 9. Aff. עַד יְצַמַּח זְקַנְכֶם *Donec refloreſcat barba veſtra*, 2.*Sam*.10,5. *ubi maſculinum*: אֶת־פְּאַת זְקָנָם *Latus barbæ ſuæ*, *Lev*.21,5.

זקנה

זִקְנָה *f.* Senectus, *Jeſ.*46, 4. Conſtr. לְעֵת זִקְנַת שְׁלֹמֹה *Tempore Senectutis Salomon.*1.*Reg.*11,4.Aff.אַחֲרֵי זִקְנָתָהּ *Poſt ſenectutem ejus, Gen.* 24, 36.

זְקֻנִים *m. p.* Senectus : בֶּן זְקֻנִים *Filius ſenectutis,Gen.*37. *v.* 3. Aff. לִזְקֻנָיו *In ſenectute ejus, Gen.* 21, 2.

זָקַף Erexit : Partic. זֹקֵף כְּפוּפִים *Erigens incurvatos, Pſal.*146. *v.* 8. Chald. Partic. Pehil. וּזְקִיף Et erigetur, Eſr. 6, 11.

זָקַק Fudit,Effudit,Liquavit : Fut. יָזֹקּוּ *Liquant, Job.* 28. *v.*1. יָזֹקּוּ מָטָר *Fundebant pluviam,Job.*36,27. Pih. זִקֵּק Liquavit , Liquando purgavit, Defæcavit. Præter. וְזִקַּק אֹתָם *Liquabit vel Defæcabit eos, Mal.*3, *v.*3. Pyh.Partic. זָהָב מְזֻקָּק *Aurum defæcatum,*1.*Paral.* 28. *v.*18. Plural. שְׁמָרִים מְזֻקָּקִים *Fæcium fuſarum, expurgatarum ſive defæcatarum, Jeſ.*25,6.

זִקִּים *m. pl.* Catenæ, Compedes : בַּזִּקִּים *Cum catenis, Pſal.*149, 8. אֲסוּרִים בַּזִּקִּים *Vincti compedibus,Job.*36,8. Et cum א queſcente, אָסוּר בָּאזִקִּים *Vinctus catenis,Jer.* 40. *v.* 1. מִן־הָאזִקִּים *A catenis iſtis, v.* 4. *Chaldaicum eſt, unde pro* נְחֻשְׁתַּיִם 2. *Sam.* 3. *v.* 34. *Targum habet,* לְזִקִּין דִּנְחָשׁ *Compedibus chalybeis. Et* זְקַק *Vincire, Ligare :* וּמַלְכֵיהוֹן זְקִיקִין *Et reges ipſorum vincti fuerunt Jeſ.* 60, 11.

זָרַב Diffluere, Diffundi : Pyhel. Futur. בְּעֵת יְזֹרְבוּ *Quo tempore diffluunt Job.*6. *v.*17. *Amplius non reperitur. Talmudici habent,* דִּמְזָרֵב זְעֵירָא *Ut diffluat vel effundatur parum :* לְאִזְדַּרְבוּיֵי *Ad effundendum.* זַרְבָּא *Affluentia, Proverb.*15. *v.*16. *in Targum,* זַרְבוּב *Fuſorium, Fiſtula canthari.*

זָרָה Ventilavit, Sparſit,Diſperſit,Partic. זֹרֶה אֶת־גֹּרֶן *Ventilans aream ſive in area, Ruth.*3. *v.* 2. Infinit. לֹא לִזְרוֹת *Non ad ventilandum, Jer.*4.*v.*11.Imper.זְרֵה הָלְאָה *Diſperge illuc, Num.*16,37. Fut. וְאוֹרֵם בְּמִזְרֶה

Et ventilabo eos ventilabro, Jer. 15, 7. Per Apocopam, וַיִּזֶר *Et diſperſit, Exod.* 32, 20. Niph. Infinit. בְּהִזָּרוֹתֵיכֶם *Quum diſperſi fueritis, Ezech.* 6, 8. Fut. וַיִּזָּרוּ *Et diſperſi ſunt, Ezech.* 36, 19. Pih. Præt. וְזֵרָם *Et diſperget eos,* 1. *Reg.* 14. *v.* 15. *Et aliâ ſignificatione,* Cingere; *Unde* זֵרִיתָ *Cingis, circumplecteris, Pſal.* 139, 3. Partic. מְזָרֵה יִשְׂרָאֵל *Diſpergens Iſraëlem, Jer.* 31, 10. Plural. וּמִמְּזָרִים קָרָה *Et diſpergentibus frigus, Job.* 37, 9. *id eſt, Ventis aquilonaribus, qui nubes diſpellunt, & frigus efficiunt, ut R. Levi explicat.* Pyh. Partic. Præſens; זֹרֶה *Quæ ventilata fuerit, Jeſa.* 30. *v.* 24. Et cum Schurek loco Cholem, ut quidam volunt, וְהַזּוּרֶה *Et qui aſpergitur, Jeſa.* 59. *v.* 5. *de quo vide etiam in* זור· Futur. יְזֹרֶה *Spargitur, Job.* 18. *v.* 15. Hiph. Futur. וַתְּזָרֵנִי *Vide in* אָזַר·

זֵר *m.* Limbus, Corona, *à Cingendo, Exod.* 25. *v.* 24. Aff. מִתַּחַת לְזֵרוֹ *Infra limbum ejus, Exod.* 30. *v.* 4. *Kimchi in Michlol refert inter Quieſcentia ſecundâ à* זור· *forma* בַּר·

זֵרָא Diſperſio, *juxta quoſdam. Vide & ſuprà in* זור·

זֵרִים *m.* Ventilatores, *Jeſa.* 51, 2.

מִזְרֶה *m.* Ventilabrum, *Jer.* 15, 7.

זַרְזִיף *m.* Irrigatio, *juxta Aben Eſram, Pſal.* 72. *v.* 6. *vel,* Stillæ, Stillatio, *juxta R. Salomonem.* Inde apud Talmudicos, זַרְזִפֵי דְמַיָּא *Guttæ aquarum,* מטא זרזיפא דמיא על ראשה *Pervenit ſtilla aquæ ſuper caput ejus. Kimchi Radicem facit* זרף· *repetitâ primâ radicali, ut ſæpè.*

זַרְזִיר *m.* Accinctus: זַרְזִיר מָתְנַיִם *Accinctus lumbis, ſcil. equus, Prov.* 30, 31. *i. e. Generoſus, Pugnax, Sternax, ad militiam ſtrenuus, à Verbo* זרז· *quod Chaldaicè eſt* Cingere, Accingere. *R. Levi,* Vertagus, Lelaps, *id eſt, Canis venaticus, tener lumbis, hoc eſt, alacer & habilis ad curſum & venationem. Chaldæis,* אַבְּבָא Gallus. *Referri poteſt,*

poteſt, ut præcedens, ad זרר *per geminationem primæ radicalis, ut in* בַּרְבּוּב *& aliis pluribus.*

זרח Ortus, Exortus fuit: Futur. יִזְרַח שֶׁמֶשׁ *Orietur ſol, 2. Sam. 23, 4.*

זֶרַח *m.* Ortus: Aff. לְנֹגַהּ זַרְחֵךְ *Ad ſplendorem ortus tui, Jeſa. 60, v. 3.*

אֶזְרָח *m.* Indigena, *quaſi, Ibi, ubi vivit, Oriundus, Levit. 16, v. 29.* כְּאֶזְרָח רַעֲנָן *Sicut arbor indigena virens, Pſal. 37, v. 35.* Conſtr. וּכְאֶזְרַח הָאָרֶץ *Et ſicut indigena terræ Exod. 12, v. 19.*

מִזְרָח *m.* Ortus, Oriens, *Pars mundi orientalis:* לַמִּזְרָח *Ad orientem, Neh. 3, 26.* Conſtr. מִזְרַח שֶׁמֶשׁ *Ad ortum ſolis, Deut. 4, 47.*

זרם Inundavit: Præterit. זְרַמְתָּם *Inundaſti eos, Pſal. 9, 5.* Pih. Præter. זֹרְמוּ מַיִם עָבוֹת *Exundarunt aquas nubes, Pſal. 77, 18. Cholem eſt loco Tzere.*

זֶרֶם *m.* Inundatio, *Hab. 3, 10.*

זִרְמָה *f.* Fluxus: Conſtr, & cum Aff. וְזִרְמַת סוּסִים זִרְמָתָם *Et ſicut fluxus equorum fluxus eorum, Ezech. 23, 20.*

זרע Seminavit, Sevit: Præter. אִם־זָרַע *Quum ſeviſſet, Jud, 6, v. 3.* זָרְעוּ חִטִּים *Seminarunt tritica, Jer. 12, v. 13.* Niph. Præter. נִזְרַעְתֶּם *Seminabimini, Ezech. 36, 9.* נִזְרְעָה זָרַע *Seretur ſemine, Numer. 5, 28.* Futur. זֶרַע זֵרוּעַ אֲשֶׁר יִזָּרֵעַ *Semen ſativum, quod ſeminari ſolet, Lev. 11, 37.* Pyh. Præt. אַף בַּל־זֹרָעוּ *Etiam non ſati ſunt, Jeſa. 40, 24.* Hiph. Partic. מַזְרִיעַ זֶרַע *Sementans ſemen, Geneſ. 1, v. 11.* Futur. כִּי תַזְרִיעַ *Quum ſeminificaverit, Levit. 12. 2.*

זֶרַע *m.* Semen, Sementis: זֶרַע אַחֵר *Semen aliud, Gen. 4, v. 25.* Aff. זַרְעוֹ־בוֹ *Semen ejus in eo, Gen. 1, 11.* Plur. cum Aff. וְזַרְעֵיכֶם *Et ſemina vel ſata veſtra, 1. Sam. 8, verſ. 15,* Chald. בִּזְרַע אֲנָשָׁא Semine humano, Dan. 2, 42.

זֶרַע Idem: Conſtruct. כְּזֶרַע גַּד *Sicut ſemen coriandri, Numer. 11, 7.*

Digitized by Google

זֵרוּעַ *m.* Sativum, *Levit.* 11,37. Plural. cum Aff. זֵרוּעֶיהָ *Sata ſua, Jeſ.* 61, 11. *Eſt forma dageſſata* בְּדוּף.

זְרוֹעַ *c. ſed fœmin. ſæpius*, Brachium, Lacertus, Armus, *Deut.* 33,20. אַת הַזְּרֹעַ בְּשֵׁלָה *Armum coctum, Num.* 6, *v* 9. Aff. וְנַחַת זְרֹעוֹ *Et deſcenſum brachii ſui, Jeſ.* 30, 30. Plural. וּזְרֹעִים *Et brachia, Dan.* 11 31. Conſtr. זְרֹעֵי יָדָיו *Brachia manuum ejus, Geneſ.* 49, *v.*24. Aff. בֵּין זְרֹעָיו *Inter brachia ejus*, 2. *Reg.* 9, *v.*24. Et formâ fœmin. זְרֹעוֹת עוֹלָם *Brachia æterna, Deuter.* 33, *verſ.* 27. Aff. וְשִׁבַּרְתִּי אֶת־זְרֹעוֹתָיו *Et conteram brachia ejus, Ezech.* 30, 22.

זֵרֹעִים *m.* Legumina, *Dan.* 1. 12.

זֵרְעֹנִים *m. p.* Idem, *Dan.* 1, 16.

אֶזְרוֹעַ *f.* Brachium, *Jerem.* 32, *v.* 21. Aff. וְאֶזְרֹעִי *Et brachium meum, Job.* 31, 22.

מִזְרָע *maſc.* Sementis: Conſtr. מִזְרַע יְאוֹר *Sementis rivorum, Jeſa.* 19, 7.

זָרַק Sparſit, Aſperſit, Conſperſit, Inſperſit: Præter. וַחֲצִי הַדָּם זָרַק *Et dimidium ſanguinis ſparſit, Exod.* c.24, *v.*6. Pyh. לֹא זֹרַק *Non fuit aſperſa, Num.* 19, 13.

מִזְרָק *m.* Crater, *quia ex eo Aſperſiones fiebant*: מִזְרַק אֶחָד *Crater unus, Num.* 7, *v.* 13. *Scribitur cum Pathach in forma abſoluta. Simile in* שׁפט. Plural. כַּמִּזְרָקִים *Quaſi crateres, Zach.* 14. *v.*20. Conſtruct. מִזְרְקֵי כֶסֶף *Crateres argentei, Num.* 7. 84. בְּמִזְרְקֵי יַיִן *In crateribus vini, Amos* 6, *v.* 6. Et fœmin. וְאֶת־הַמִּזְרָקוֹת *Et crateres*, 1. *Regum* 7, *v.*40. וּמִזְרְקֹתָיו *Et crateres ejus, Exod.* 27, 3.

זֶרֶת *m.* Spithama, *Menſura digitorum extenſorum, continens dimidium cubiti majoris ſive ſacri, qui conſtabat ſex palmis: unde Spithama fuit trium palmorum, ſive duodecim digitorum, ut notat Kimchi in lib. Radicum:* זֶרֶת אָרְכּוֹ *Spithama longitudo ejus, Exod.* 28, 16. זֶרֶת הָאֶחָד *Spithama unius, Ezech.* 43, 13.

חבא

ח

חבא Hiph. החביא Abſcondit, Abdidit, Occultavit, Præter. החביאני *Abſcondit me, Jeſ* 49,2. Fœm, cum duplicata litera fœm. gen. החבאתה *Abſcondit, Joſ*.6, 17. *Simile vide in* פלא Fut. ואחבא *Et occultavi*, 1. *Reg*. 18,13. Hoph. Præt. הָחְבָּאוּ *Abduntur, Jeſ*.42,22. Niph, נחבא Abſcondi, Abſcondere ſe, Latitare, Deliteſcere: Præt. כי נחבא *Quia abſconderat ſeſe, Jud*.9, 5. למה נחבאת לברח *Quare abſcondiſti te fugiendo, Gen*. 31,27. *i. e. Ut quid clam fugiſti?* Part. נחבאים *Abſconditi, Latitantes, Joſ*.10,17. Infin. נחבה לא יוכל *Latitare non poterit. Jer*.49,10. *cum* ח *loco* א, *& characteriſticâ conjugationis* נ. Pyh. Præter. חבאו *Occultantur, Job*. 24. *v*. 4. Hithp. Præterit. התחבאו *Abſconderant ſeſe*, 1. *Sam*.14,11. Partic. מתחבא *Latitans*, 2. *Reg*.11,3.

מחבא *m*. Abſconſio, Conſtr. מחבא *Jeſa*. 32, 2.

מחבאים *m. p*. Latibula, Latebræ, 1. *Sam*.23, 23.

חבב Dilexit: Particip. חובב עמים *Diligit populos, Deut*. 33, 3. Infinit. בחבי *In diligere me, id eſt, Præ dilectione mei, Job*. 31,33. *Targum*, בעטפי *in ſinu meo, & ſic vulgata Latina. Sic certè* חובא *vel* חבא *ſumitur in Jonathane & Targum Hieroſol. in Legem, pro Hebræo* חיק: *ut Exod*.4, *verſ*.6.7. *Dicitur ergo ſic Sinus, à* חבה *vel* חבא. *Quia aliquid in eo Recondere ſolemus*.

חבה Latitavit: Abſcondit ſe: Imperat. fœmin. חבי כמעט רגע *Latita quaſi exiguo momento, Jeſa*.26,20.

חביון *m*. Abſconſio, *Habac*. 3, 4.

מחבה *Vide infrà in* חבר.

חבט Excuſſit, Decuſſit: Particip. חבט חטים *Excutiebat triticum, Jud*.6, *verſ*. 11. Futur. תחבט

ed by Google

וְחָבַט זֵיתְךָ *Decuties olivas tuas, Deut.* 14,20. Niph. Fut. יֻחְבַּט קֶצַח *Excutitur melanthium ſive nigella, Jeſa.* 28, 27.

חָבַל Pigneratus eſt, Pro pignore, In Pignus accepit: *Item ex uſu Chaldaico,* Corrupit, Perdidit, Deſtruxit. Præt. חֲבֹל לֹא חָבָל *Pignus non Pigneretur, id eſt, accipiat, Ezech.* 18, *v.* 6. חֲבֹל חָבַלְנוּ לָךְ *Corruptione corrupimus nos tibi, id eſt, Omnibus modis corruruptè contra te egimus, ut Hebræi explicant, Nehem.* 1, 7. Partic. נֶפֶשׁ הוּא חֹבֵל *Animam ipſe pignore acciperet, Deut.* 24, 6. Plural. חוֹבְלִים *vide inter Nomina.* Partic. Pahul, בְּגָדִים חֲבֻלִים *Veſtes in pignus acceptas:* Infin. אִם־חָבֹל תַּחְבֹּל *Si pignerando pigneraberis, id eſt, in pignus acceperis, Exod.* 22, *v.* 26. Imp. חֲבָלֵהוּ *Pignerare eum, Prov.* 20, 16. *& Pathach eſt loco Chirek ex terminatione* פַּעַל· *Quidam volunt ex Pihel eſſe, deficiente Dageſch: at ea ſignificatio in Pihel inuſitata eſt.* Fut. לֹא אֶחְבֹּל *Non deſtruam, Job.* 34, *v.* 31. Niph. Futur. יֵחָבֶל לוֹ *Corrumpetur ſibi, id eſt, ipſe, Proverb.* 13, 3. Pih. חִבֵּל Corrumpere, Perdere: *Item,* Parturire, Eniti: Præter. וְחִבֵּל אֶת־מַעֲשֵׂה יָדֶיךָ *Et perdet opus manuum tuarum, Eccl.* 5, 5. חִבְּלַתְךָ אִמֶּךָ *Enixa eſt te mater tua, Cant.* 8, 5. Part. מְחַבְּלִים כְּרָמִים *Corrumpentes vineas, Cant.* 2, *v.* 15. Fut. יְחַבֶּל־אָוֶן *Parturiet vanitatem, Pſalm.* 7, *v.* 15. Chald. Præter. חַבְּלוּנִי Perdiderunt, Læſerunt me, Dan. 6, 22. Infin. לְחַבָּלָא Ad deſtruendum, Eſr. 6, 13. Imp. וְחַבְּלוּהִי Et perdite eam, Dan. 4. v. 20. Pyh. Præter. וְחֻבַּל *Et perdetur, Jeſa.* 10, 27. רוּחִי חֻבָּלָה *Spiritus meus corruptus eſt, Job.* 17, *v.* 1. Chald. ex Ithp. Futur. תִּתְחַבַּל Deſtruetur, perdetur, Dan. 2, 44.

חֲבָל *m.* Chald. *Corruptio,* Dan. 3, v. 25. Et cum Aleph, חֲבָלָא Perditio, ruina, Eſr. 4, 22.

חֲבוּלָה *f.* Chald. *Perditum, Corruptum, Corruptela, Læſio,* Dan. 6, 22.

Digitized by Google

חֶבֶל *m.* Corruptio, Perditio: *Mich.* 2,*v.*10. Funis, Funiculus, Laqueus, *Job.*18,*v.*10. *Eccleſ.*12,16. בַּחֶבֶל *Fune*, *Joſ.*2,*v.*15. *Metonymicè*, Pars, Portio hæreditatis, *quæ funiculis menſoriis dividebatur*, *Amos* 7, 17. *Deut.* 32,9. *Joſ.*17.14. Tractus, *Deut.*3,4 *Soph.*2,5. *& hac ſignificatione gen.com.eſt*: Turba, Caterva, 1.*Sam.*10,5. *Pſal.*119, *v.*61. Aff. חֶבְלוֹ *Funiculus ejus*, *Job.*18,*v.*10. חַבְלוֹ *Vide in Kal.* Plur. חֲבָלִים *Funes*, 2. *Sam.*8,2. חֲבָלִים נָפְלוּ לִי *Funiculi acciderunt mihi*, *Pſalm.*16,*v.*6. *id eſt*, *Poſſeſſiones peculiares*: Conſtr. חֶבְלֵי רְשָׁעִים *Caterva improborum*, *Pſalm.*119,61. חַבְלֵי מְנַשֶּׁה *Partes Menaſſis*, *Joſ.*17,*v.*5. בְּחַבְלֵי בוּץ *Funibus byſſinis*, *Eſther.*1,*v.*6. Aff. כָּל־חֲבָלָיו *Omnes funes ejus*, *Jeſa.*33,20.

חֵבֶל *maſc.* Dolor graviſſimus, Tormina, *quæ hominem quaſi Fune arctiſſimè conſtringunt*, *quomodo & de* Doloribus parturientium *uſurpatur*, *Jeſ.*66,7. Plur. חֲבָלִים *Dolores, Tormina*, *Jeſa.*13,8. *Jerem.*22,23. Conſtruct. וְחֶבְלֵי־מָוֶת *Et dolores mortis*, *Pſal.*18,5. חֶבְלֵי יוֹלֵדָה *Dolores parturientis*, *Hoſ.*13,13. Aff. חֶבְלֵיהֶם *Dolores ſuos*, *Job.*39,6. בַּחֲבָלֶיהָ *In doloribus ſuis*, *Jeſa.*26.17.

חֲבֹל *m.* Pignus, *Ezech.*18,12. *&* 33,*v.*15. Fœmin. חֲבֹלָה unde cum Aff. חֲבֹלָתוֹ *Pignus ſuum*, *Ezech.*18,7.

חִבֵּל *m.* Malus, *Arbor navis, à multis Funibus ei alligatis ſic dicta*, *Prov.*23, 34.

חוֹבֵל *maſc.* Gubernator nauticus, Nauta, Nauclerus: רַב הַחוֹבֵל *Magiſter gubernatoris nautici, id eſt, Supremus nauclerus, reliquis præfectus*, *Jon.*1, 6. Plural. חוֹבְלִים. *Nomen baculi paſtoralis*, *Zach.* 11,7.14. *de cujus etymologia variant interpretes.* כָּל חוֹבְלֵי הַיָּם *Omnes gubernatores maris, id eſt, marini*, *Ezech.*27,*v.*29. Aff. חוֹבְלַיִךְ *Gubernatores nautici tui*, *v.*8.

תַּחְבּוּלוֹת *f. p.* Solertiæ, Conſilia induſtria ac pru-

Digitized by Google

dentia, *Prov.* 1, 5. וּבְתַחְבֻּלוֹת *Et prudentibus conſiliis*, *Proverb.*20, *verſ.*18. Aff. בְּתַחְבּוּלוֹתָו *Prudentibus conſiliis ſuis*, *Job.*37, 12.

חבץ חֲבַצֶּלֶת *f.* Roſa, Lilium, *Cant.*2, *v.*1. *Jeſ.*35, *v.*1. *Priori loco in Targum redditur* וַרְדָּא *Roſa; in altero,* שׁוֹשַׁנַּיָּא *Lilia. Deinde Hebraeum* שׁוֹשַׁנִּים *Cant.* 6. *v.*1. *in Targum redditur* וַרְדִּין.

חבק Amplexus, Amplexatus fuit: Partic. חוֹבֵק אֶת יָדָיו *Amplectitur, Complicat manus ſuas, Eccleſ.* 4, *v.*5. Fœm. חוֹבֶקֶת בֵּן *Amplexatura es filium*, 2. *Reg.*4, 16. Infin. עֵת לַחֲבֹק *Tempus amplectendi, Eccleſ.* 3, *v.*5. Pih. Præter. חִבְּקוּ־צוּר *Amplectuntur rupem, Job.*24, 8. Infin. מֵחַבֵּק *Ab amplectendo, Eccleſ.* 3, 5.

חִבֻּק *m.* Amplexus, Complicatio, *Prov.*6, 10.

חבר Sociatus, Aſſociatus, Conſociatus, Conjunctus fuit: Præt. חָבְרוּ אֶל עֵמֶק *Sociarunt ſe ad vallem, Gen.* 14, 3. Partic. חוֹבֵר *Socians. Hoc in ſpecie dicitur de eo, qui adjurando & incantando ſerpentes aut alia noxia animalia Conſociat, ut ipſorum opera ſine noxa utantur*, unde Incantans *redditur: Semper adjunctum habet Nomen conjugatum* חָבֶר *Vide illic.* Fœm. Plur. חוֹבְרוֹת *Conjuncta, Exod.* 26, 3. Part. Pahul. Conſtr. חֲבוּר עֲצַבִּים *Conjunctus idolis, Hoſ.*4, *v.*17. Pih. חִבֵּר Conſociavit, Conjunxit, Compoſuit: Præt. יְרִיעוֹת חִבֵּר *Aulea conjunxit, Exod.*36, 10. Infin. לְחַבֵּר *Ad conjungendum, Exod.*36, 18. Pyh. Præt. וְחֻבָּר *Et conjungatur, Exod.*28, *v.*7. Fœmin. שֶׁחֻבְּרָה־לָּהּ *Quæ conjuncta eſt ſibi, Pſal.*122, *v.*3. Futur. הַיְחָבְרְךָ *An conſociaretur tibi, Pſalm.* 94, *verſ.* 20. *pro* הַיְחֻבַּר עִמָּךְ *Num conſociabitur tecum*, Hiphil. Futur. אַחְבִּירָה עֲלֵיכֶם בְּמִלִּים *Componerem contra vos ſermones, Job.*16, 4. Hitph. Prœt. אֶתְחַבַּר *Conſociavit*, 2, *Par.* 20, 34. *pro* הִת *ex forma Chaldaica; Simile in* שֶׁלַּר. Infinitiv.

finitiv. בְּהִתְחַבֶּרְךָ *Cùm ſociaveris te, Ibid.verſ.* 36, Fut. יִתְחַבָּרוּ *Conſociabunt ſe, Dan.*11,*v.*6. *cum Kametz propter accentum.*

חָבֵר *m.* Socius, Sodalis, Conſors, *Proverb.*28,24. Affix. יָקִים אֶת חֲבֵרוֹ *Eriget ſocium ſuum, Ecl.*4,10. Plur. חֲבֵרִים *Cant.*8,13. Conſtr. חַבְרֵי גַנָּבִים *Socii furum Jeſ.*1,*v.*23. Aff. חֲבֵרָיו *Socii ejus, Jeſa.*44,11. Chald. חַבְרוֹהִי Sociis ſuis. Dan.2,17. Fœm. חֲבֶרֶת Socia: Aff. וְהִיא חֲבֶרְתְּךָ *Et ipſa eſt ſocia tua, Mal.*3,14. Chald. Plural. מִן חַבְרָתַהּ Præ ſociis ſuis, Dan. 7, 20.

חַבָּר *m.* Idem: Plural. חַבָּרִים *Socii, Job.*40,25.

חֶבֶר *m.* Societas, Sodalitium, Conſociatio *Prov.*21,*v.*9. Incantatio: חוֹבֵר חָבֶר *Incantans incantatione, i.e. Utens incantatione, Incantator, Adjurator incantando, Deut.*18, *verſ.* 11. Plur. חוֹבֵר חֲבָרִים *Incantans incantationibus, Pſal.*58,6. *Dicitur ut* קוֹסֵם קְסָמִים *Divinans divinatione, vel, divinationes. id eſt, Utens divinationibus, Deut.*18, *v.*10. Aff. בְּעָצְמַת חֲבָרַיִךְ *Propter multitudinem incantationum tuarum, Jeſ.* 47,*v.*9. *Talmudici duplicem faciunt incantationem,* Magnam, *quâ magna animalia;* Parvam, *quâ reptilia, ſerpentes, ſcorpii, incantando, conſociantur. Hæc faciens dicitur* חוֹבֵר: *Sanhedrin fol.* 65. *Meminit horum Kimchi in lib. Radicum.* Fœmin. חֶבְרָה Sodalitium, *Job.* 34, 8.

חַבּוּרָה *f.* Plaga, Vibex, Tumor livens, *Exod.*21,25. *Unde Aben Eſra ſcribit Jeſ.* 1, . הבורה מכה שתתחבר אליה הלחה Chabbura *eſt plaga in qua congregatur ſanies.* Aff. לְחַבֻּרָתִי *Ad livorem meum, Gen.* 4, 23. Plur. חַבֻּרוֹת *Prov.* 20, 20. Aff. חַבּוּרוֹתָי *Vibices meæ, Pſal.* 38, 6.

חַבּוּרָה *f.* Idem: Aff. וּבַחֲבֻרָתוֹ נִרְפָּא לָנוּ *Et in vibice ejus fit curatio nobis, Jeſ.* 53, 5.

חוֹבֶרֶת *f.* Junctura, Commiſſura, *Exod.*26,4. *Eſt forma* חוֹתֶמֶת *Obſignatio,* כֹּתֶרֶת *Cinctura.*

חֲבַרְבֻּרֹת *f. p.* Liventes maculæ, *Jer.* 13,23.

הִתְחַבְּרוּת *f* Conſociatio, *Dan.* 11,23. *Nomen ex conjugatione Hithpahel factum, qua forma Chaldais & Rabbinis frequens eſt.*

מַחְבֶּרֶת *fœm.* Junctura, Commiſſura, *Exod.* 26, 4. Aff. מַחְבַּרְתּוֹ *Commiſſura ejus, Exod.* 28, 26.

מְחַבְּרוֹת *f. p.* Idem, 1. *Par.* 22,3. 2. *Par.* 34,11.

חָבַשׁ Ligavit, Alligavit, Obligavit: Stravit, Inſtravit *jumentum, quod fit ligatione cingulorum:* Accinxit: Præter. וְחָבַשְׁתָּ לָהֶם *Et alligabis eis, Exod.* 29, 9. Partic. לֹא אֶהְיֶה חֹבֵשׁ *Non ero obligans, ſcil. vulnera veſtra, Jeſ.* 3,7. Futur. אֶחְבְּשָׁה־לִּי הַחֲמוֹר *Sternam mihi aſinum,* 2. *Sam.* 19,26. וָאֶחְבָּשֵׁךְ בַּשֵּׁשׁ *Et accinxi te, xylino, Ezech.* 16,10. יַחֲבוֹשׁ *Obligaret, ſcil. vulnus, id eſt, Mederetur, medelam faceret, Job.* 34, 18. Pih. חִבֵּשׁ *Obligat, Job.* 28,11. Particip. וּמְחַבֵּשׁ לְעַצְּבוֹתָם *Et obligat dolores eorum, Pſalm.* 147, *v.* 3. Pyh. Præter. וְלֹא חֻבָּשׁוּ *Et non alligantur, Jeſa.* 1, *v.* 6. לֹא חֻבָּשָׁה *Non obligabitur, Ezech.* 30, 21.

חבת חֲבִתִּים *m.* Sartagines *vel* Cacabi, 1. *Paral,* 9. *v.* 31. *Alii ponunt in* חָבָה.

מַחֲבַת *f.* Sartago, *Levit.* 6,14. & 7, *v.* 9.

חָגָב *m.* Cicada, *Levit.* 11,22. Locuſta, 2. *Paral.* 7,13. *Ecclеſ.* 12,5. Plural. כַּחֲגָבִים *Quaſi cicadæ vel locuſtæ, Num.* 13,34. *Eſai.* 40,20.

חָגַג Feſtum celebravit, Feriatus eſt: Tripudiavit, *quòd hoc diebus feſtis agerent: catachreſticè,* Titubavit, *more ebriorum.* Præter. וְחַגֹּתֶם אֹתוֹ חַג *Et celebrabitis ipſum feſtum Domino, Exod.* 12,14. Part. הָמוֹן חוֹגֵג *Multitudo ferians, Pſal.* 42, *v.* 5. Plural. וְחוֹגְגִים *Et diem feſtum celebrantes, Tripudiantes,* 1. *Sam.* 30, 16. Futur. יָחוֹגּוּ כַּשִּׁכּוֹר *Titubent ſicut ebrius, Pſal.* 107,27.

Digitized by Google

חַג *m.* Feſtum, Dies feſtus : Feſtivitas : *Item* Sacrificium feſti, *Exod.* 23, 14. *Pſal.* 118, 27. Aff. וְשָׂמַחְתָּ בְּחַגֶּךָ *Et lætaberis in die feſto tuo, Deut.* 16, 14. Plural. חַגִּים יִנְקֹפוּ *Sacrificia feſti jugulent, Jeſa.* 29, *v.* 1. *Vide etiam de eo in* נָקַף: Aff. חַגֵּיכֶם *Feſtivitates veſtras, Amos* 5, 21.

חָגָּא *m.* Titubatio : Commotio, Trepidatio, *Jeſa.* 19, *v.* 17. *cum* א *loco* ה: *Simile in* יָשֵׁן.

חגה חֲגָוִים *m. p.* Fiſſuræ : Conſtr. בְּחַגְוֵי הַסֶּלַע *In fiſſuris petræ, Cantic.* 2, *v.* 14. *Jerem.* 49, 16. & ו *eſt loco* ה.

חָתַת Fractus, Attritus, Contritus: Territus, Conſternatus fuit: Præt. חַת *Conteretur Merodach, Jer.* 50. *v.* 2. חַתּוּ *Territi ſunt,* 2. *Reg.* 19. *v.* 26. Particip. קֶשֶׁת גִּבֹּרִים חַתִּים *Arcus fortium fracti ſunt,* 1. *Sam.* 2, *v.* 4. *id eſt, Potentes fracti ſunt & arcus ipſorum, ut Kimchi explicat in Comm. Verbum reſpondet propiori, non cum* קֶשֶׁת: *nam tunc dicendum fuiſſet* חַתָּה: *Similem locutionem vide Job.* 29. 10. Niph. נִחַת הוּא *Contritus fuit, Mal.* 2. *v.* 5. Fœmin. וְנִחֲתָה *Et frangitur, Pſalm.* 18. 35. *abſque Dageſch in Thau: Similem formam vide in* סָבַב *in Niphal* Fut. יֵחַתּוּ הֵמָּה *Terreantur ipſi,* וְאַל־אֵחַתָּה אָנִי *Et non terrear ego, Jer* 17, 18. Pih. Præt. וְחִתַּתַּנִי *Et conſternas me, Job.* 7. 14. חִתְּתָה קַשְּׁתוֹתָם *Contrivit ſcil. Babel arcus ipſorum, Jer.* 51, 56. *juxta Kimchium in Comm. at in lib. Rad. dicit Chirek eſſe pro Kibbutz, ut ſit ex Pyhal pro* חֻתְּתָה *Contritus eſt quiſque arcuum ejus: Simile vide in* פָּתַת *in Pihel.* Hiph. Contrivit, Conſternatum reddidit, Exterruit, Terrefecit: Præter. הַחִתֹּתָ *Contriviſti, Jeſa.* 9. 4. *& ex forma analoga,* וְהַחִתֹּתִי *Et conſternatum*

Digitized by Google

reddam, Jeſ.49.37. ubi Scheva ſub Cheth eſt loco Cateph-pathach. Futur. יְחִיתַן *Terrefaciet eas, Habac. 2.17. cum vocali longâ loco Dageſch, pro* יְחִתַּן.

חַת *m.* Terror : לִבְלִי־חָת *Absque terrore, Job.41.24. i. e. intrepidè*: Aff. וְחִתְּכֶם *Et terror veſter, Gen. 9.2.*

חִתָּה *fæm.* Idem: Conſtruct. חִתַּת אֱלֹהִים *Terror Dei, Geneſ.35.5.*

חֲתַת *m.* Conſternatio, *Job. 6. 21.*

חִתִּית *m.* Idem, *Ezech.32.27.* Aff. חִתִּיתוֹ *Terrorem meum, v.32. ſcribitur cum* ו *ſed legitur per* י.

מְחִתָּה *f.* Terror, Conſternatio. Contritio : Conſtruct. מְחִתַּת דַּלִּים *Terror tenuium, Prov.10.15.*

חַתְחַתִּים *m. p.* Contritiones, *Eccleſ. 12. 5.*

ט

טָאב *Vide infrà in* טוב.

טאט *Unde geminatâ mediâ radicali in* Pih. טֵאטֵא Everrit : Præter. וְטֵאטֵאתִיהָ *Et everram eam, Jeſa. 14. 23.*

מַטְאֲטֵא *maſc.* Everriculum, Scopæ, *ibid. Apud Rabbinos* טֵיאוּט Everritio, Expurgatio, *quod legitur apud R. Salomonem, Jeſa. 28. v. 17. Apud Talmudicos*: Neſciebant quid eſſet וְטֵאטֵאתִיהָ donec audirent famulam quandam Arabicam dicentem ſociæ ſuæ, שְׁקְלִי טֵאטִיתָא וְטַאטִי בֵיתָא Accipe ſcopas, & ſcopato domum, *Megilla fol. 11.*

טָבַח Mactavit : Præter. אֲשֶׁר טָבַחְתִּי *Quam mactavi, 1. Sam. 25. 11.* Particip. שׁוֹרְךָ טָבוּחַ *Ubi bos tuus mactatus fuerit, Deut. 28. v. 31. Aben Eſra, Prov. 9. v. 2. ſcribit,* טבח *pro diverſa punctatione in lingua Arabica eſſe* Mactare *vel* Coquere. *Hinc, quæ ſequitur, Nominis ſignificatio.*

טבח

טַבָּח *maſcul.* Coquus, 1. *Sam.* 9. *v.* 23. Plural. טַבָּחִים Satellites, *quaſi Mactatores hominum dicti, quòd in ſontes animadvertere ſolerent:* שַׂר הַטַּבָּחִים *Principi vel præfecto ſatellitum, Geneſ.* 37. *v.* 6. & 40. 3. רַב טַבָּחִים *Præfectus ſatellitum, Jerem.* 39. *v.* 9. Chald. רַב טַבָּחַיָּא Præfectum ſatellitum, Dan. 2. v. 14. Fœmin. *Hebr.* טַבָּחוֹת *Coquæ,* 1. *Sam.* 8. 13.

טֶבַח *m.* Mactatio, animal mactandum, *ut Geneſ.* 43. 16. וְטֶבַח גָּדוֹל *Et mactatio magna, Jeſa.* 34. *v.* 6. Aff. טִבְחָהּ *Mactationem ſuam, Prov.* 9. 2. *id eſt, animalia ſua.*

טִבְחָה *f.* Mactatio, *Jer.* 12. 3. Aff. טִבְחָתִי *Mactationem meam, id eſt, animalia mactata,* 1. *Sam.* 25. 11.

מַטְבֵּחַ *f.* Idem, *Jeſa.* 14. 21.

טָבַל Tinxit, Intinxit, Demerſit, Immerſit: Præteritum, וְטָבַל אֶצְבָּעוֹ *Et intinget digitum ſuum, Lev.* 4. *v.* 6. 17. Partic. Pahul, טְבוּלִים *Intincta, Infecta, Ezech.* 23. 15. Niph. Præt. נִטְבְּלוּ *Intincti ſunt, Joſ.* 3. 25.

טָבַע Immerſus, Demerſus, Submerſus, Fixus, Infixus fuit: Præterit. טָבַעְתִּי *Demerſus ſum, Pſalm.* 69. 3. Futur. וְאַל־אֶטְבָּעָה *Et ne immergar, v.* 15. Pyh. טֻבְּעוּ בְיָם *Submerſi ſunt in mari, Exod.* 15. 4. Hoph. Præter. בְּטֶרֶם הָרִים הָטְבָּעוּ *Antequam montes figerentur, Prov.* 8. 25.

טַבַּעַת *fœm.* Annulus, *ſic dictus, quòd Digitus vel aliud ei Infigatur:* הַטַּבַּעַת הָאֶחָת *Annulum unum, Exod,* 26. 24. בְּטַבַּעַת הַמֶּלֶךְ *Annulo regis, Eſther.* 3. *verſ.* 12. Aff. וַיָּסַר אֶת־טַבַּעְתּוֹ *Et amovit vel detraxit annulum ſuum, Gen. c.* 41. *v.* 42. Plural. וּשְׁתֵּי טַבְּעֹת *Et duos annulos, Exod. c.* 25. 12. Conſtr. טַבְּעוֹת זָהָב *Annulos auri, id eſt, aureos, ibid.* Aff וְטַבְּעוֹתֵיהֶם *Et annulos earum, Exod.* 36. 34.

טבר טַבּוּר *m.* Umbilicus, *apud Rabbinos frequens: metaphoricè* Editus locus: מֵעִם טַבּוּר הָאָרֶץ

Digitized by Google

Ex edito vel editiore loco terra, Jud.9,v.37. id præcedente verſu dixit, מֵרָאשֵׁי הֶהָרִים *E verticibus montium: vide & Ezech.38,12.*

טבת *maſculin.* Tebheth, *nomen menſis decimi, qui lunationi* Decembris *noſtri reſpondet, Eſth. 2. v.* 16.

טהר Mundus, Purus fuit: Præterit. וְטָהֵר בָּעֶרֶב *Et mundus erit veſpere, Numer.* 19, *v.* 19. טָהַרְתִּי מֵחַטָּאתִי *Mundus ſum à peccato meo, Prov.*20.9.Pih טִהַר Mundavit, Purgavit, Purificavit: Præterit. וְטִהֲרוֹ *Et mundabit eum, Levit.* 13. *v.* 34. *id eſt, mundum pronunciabit.* Particip. מְטַהֵר כֶּסֶף *Purgans argentum, Malach.* 3,*v.*3. Hithp. Præter. הִטַּהֲרוּ הַכֹּהֲנִים *Mundaverant ſe ſacerdotes, Eſr.*6,*v.*20. *pro* הִתְטַהֲרוּ *& ſic per totam Conjugationem.*

טָהוֹר *m.* Mundus, Purus: Conſtructum *per Kametz-chatuph in fine, propter ablatum accentum,* וּטְהָר־יָדַיִם *Et mundus manibus, Job.* 17, *v.* 9. *ubi perperam quædam exemplaria habent* וְטָהֵר Plural. מַיִם טְהוֹרִים *Aquas mundas, Ezech.*36.*v.*25. Fœmin. וּטְהֹרָה הִיא *Et munda eſt, Numer.*5,*v.*28. Plural. אֲמָרוֹת טְהֹרוֹת *Eloquia munda, Pſalm.* 12, 7.

טֹהַר *m.* Mundicies, Nitor, Purgatio: וּכְעֶצֶם הַשָּׁמַיִם לָטֹהַר *Sicut corpus ipſum cœli nitore, Exod.* 24, *verſ.* 10. Affix. יְמֵי טָהֳרָה *Dies purgationis ejus, Levit.* 12,6.

טָהֳרָה *fœm.* Idem; *Eſtque forma* חָכְמָה. Conſtruct. טָהֳרַת לְכָל־קֹדֶשׁ *Purgationi cujuſque rei ſanctæ,* 1. *Paralipom.* 23, 28. Aff. בְּיוֹם טָהֳרָתוֹ *Die purgationis ſuæ, Levit.* 14, 2.

מְטֹהָר *f.* Idem. Aff. הִשְׁבַּתָּ מִטְּהָרוֹ *Feciſti ceſſare nitorem ejus, Pſal.* 89, *v.*45. *pro* מִטְהָרוֹ *forma* מִשְׁפָּט *Dag. ſch euphonicum ut & in* מִקְּדָשׁ *Exod.*15,17.*Regia,* מִטְּהָרוֹ

Digitized by Google

טוב Bonum eſſe: Præter. מַה־טֹּבוּ *Quàm bona ſunt, Num.* 24, *v.* 5. מַה־טֹּבוּ דֹדַיִךְ מִיַּיִן *Quàm boni ſunt amores tui præ vino, Cant.* 4, 10. Infin. כְּטוֹב לֵב הַמֶּלֶךְ *Cùm bonum eſſet cor regis vino, Eſther.* 1, 10. *id eſt, hilare.* Chaldaicè טְאֵב mutato ו in א, quod ſæpiùs in his Verbis accidit, ut & בִּישׁ & בְּאֵשׁ Malum eſſe. Præter. שַׂגִּיא טְאֵב עֲלוֹהִי Valde bonus fuit ſuper eo, Dan. 6, 23. id eſt, lætus. Hiphil. הֵטִיב Benefecit: Præter. הֱטִיבוֹתָ *Benefeciſti,* 1. *Reg.* 8, 18. וְהֵטִיבֹתִי *Et benefaciam, Ezech.* 36, *v.* 11. *quod hinc & à* יָטַב *formam compoſitam habet.*

טוֹב *m.* Bonus, Elegans, Præſtans: טוֹב מִמֶּנּוּ *Elegantior illo,* 1. *Sam* 9, 2. כִּי טוֹב הוּא *Quòd elegans eſſet, Exod.* 2, 2. *Bonum, ſcil. aſpectu & formâ, ut Aben Eſra explicat. Uſurpatur & ſubſtantivè,* Bonum: לְטוֹב לָנוּ *In bonum nobis, Deut.* 6, 24. *id eſt, ut benè ſit nobis:* מִטּוֹב עַד־רָע *A bono ad malum, Gen.* 31, 24. *i.e. ſive bonum, ſive malum:* Aff. טוֹבָם *Optimus eorum, ſive, inter ipſos, Mich.* 7, 4. Chald. דִּי דְהַב טָב Auri optimi, Dan. 2, 32. Plur. טוֹבִים וּבָתִּים *Et domos bonas, Deuter.* 8, 12. Conſtr. שְׂמֵחִים וְטוֹבֵי לֵב *Læti & boni animo,* 1. *Reg.* 8, 66. *id eſt gaudentes animoq; læti:* וְטוֹבֵי מַרְאֶה *Et elegantes aſpectu, Dan.* 1, 4. Fœm. טוֹבָה Bona: *& ſubſtantivè,* Bonum, Bonitas: אֶל־אֶרֶץ טוֹבָה *In terram bonam, Exod.* 3, 8. חֲשָׁבָהּ לְטֹבָה *Cogitavit illud in bonum, Gen.* 50. 20. Conſt. טוֹבַת מַרְאֶה *Pulchra aſpectu,* 2. *Sam.* 11, 12. Aff. שְׁנַת טוֹבָתֶךָ *Annum bonitatis tuæ, Pſ.* 65, *v.* 12. Plural. טוֹבוֹת מַרְאֶה *Pulchræ & elegantes aſpectu, Eſth.* 2, 2. Aff. גַּם טוֹבֹתָיו *Etiam bona ejus, id eſt, benefacta ejus prædicabant coram me, Neh.* 6, 19.

טוּב *m.* Bonitas, Bonum: טוּב הָאָרֶץ *Bonum terræ, Je.* 1, 19. בְּשִׂמְחָה וּבְטוּב לֵבָב *In lætitia & in bonitate cordis, Deut.* 28, *v.* 47. *id eſt, læto & hilari animo:* Aff. מַה־טּוּבוֹ וּמַה־יָּפְיוֹ *Quanta bonitas ejus, & quanta pulchritudo ejus, Zach.* 9, 17.

טוה Nevit: Præt. טָווּ אֶת־הָעִזִּים *Neverunt capras, id eſt, lanam caprinam, Exod. 35. 26.*

מַטְוֶה *m.* Netum, *v.* 25. טְוִית. *Vide infrà ſuo loco.*

טוח Levit, Oblevit, Induxit, Obduxit: *Cementariorum Verbum*: Præter. כִּי טַח *Quia obduxit oculos eorum, ne videant, Jeſa. 44. v.* 18 *in Pathach, cui ſimile in* בוז *vide illic.* וְטָח אֶת־הַבָּיִת *Et obducet domum iſtam. Lev.* 14. 42. Infin. לָטוּחַ קִירוֹת *Ad obducendum parietes, 2. Paral.* 29. 4. Niph. Infinitiv. אַחֲרֵי הִטּוֹחַ אֶת־הַבָּיִת *Poſteaquam inducta fuerit domus iſta, Lev.* 14. 48.

טִיחַ *m.* Tectorium: הַטִּיחַ אֲשֶׁר טַחְתֶּם *Tectorium illud quod obduxiſtis, Ezech.* 13. 12.

טחות *f. p.* Præcordia: Renes, *ſic dicti, quòd adipe ſunt Obducti velut Tectorio*: מִי־שָׁת בַּטֻּחוֹת *Quis poſuit in præcordiis vel renibus ſapientiam, Job.* 38. 36.

טול Hiph. הֵטִיל Jecit, Dejecit, Ejecit, Injecit, Projecit: Præterit. הֵטִיל רוּחַ גְּדוֹלָה *Injecit ventum magnum, Jona* 1. 4. וְהֵטַלְתִּי אֹתְךָ *Et ejiciam te, Jer.* 22. *v.* 26. Imper. וַהֲטִילֻנִי *Et projicite me in mare, Jon.* 1. *v.* 12. Hoph. Præt. מַדּוּעַ הוּטְלוּ *Cur ejecti ſunt, Jer.* 22 *v.* 28. Fut. יוּטַל אֶת־הַגּוֹרָל *Projicitur ſors, Prov.* 16. 33. Pih. *ex geminatis literis,* טִלְטֵל Tranſtulit, Deportavit, Migrare, Vagari fecit. Part. מְטַלְטֶלְךָ טַלְטֵלָה גָּבֶר *Deportabit te deportatione viri, i. e. virili, fort., vehementi, Jeſ.* 22. 17. טלטול אחר טלטול *Migratone unâ poſt alteram, ut Hebræi exponunt: vide etian* טלל.

טוּר *maſcul.* Ordo, Series; הַטּוּר הָאֶחָד *Ordo primus, Exod.* 28. 17. Plural. אַרְבָּעָה טוּרִים *Quatuor ordines, Ibid.* Conſtr. טוּרֵי 1. *Reg.* 7. 2.

טִירוֹת *f. p.* Idem: מִתַּחַת הַטִּירוֹת *Sub ipſis ordinibus, Exod.* 6. 23. *Vide & infrà* טוּר.

Digitized by Google

טוּר *m.* Chald. *Mons* : לְטוּר רַב In montem magnum, Dan. 2. 35. מִטּוּרָא De monte, v. 45.

טוּשׂ Volavit, Avolavit, Involavit : כְּנֶשֶׁר יָטוּשׂ *Ut aquila involat, Job. 9. v. 26. Chaldæum eſt, ubi per* ס *ſcribitur :* עוֹף דְּטָיִס *Avis volans, Geneſ. 1.* אָטוּס וְאֶשְׁכֹּנָה *Avolarem & habitarem, Pſal. 55. 7.*

טְוָת Chald. *Jejunus, Incœnatus* : וּבָת טְוָת Et pernoctavit incœnatus, Dan. 6. 18. *Eodem ſenſu apud Talmudicos legitur* ; לא הוות לן חמרא איתינא ליה שיכרא ולא אבדיל ובת טוות : Non erat nobis vinum : attulimus ipſi cerevisiam, & non ſeparavit, ideoque dormivit incœnatus : *Peſach. fol.* 107. 1. *Vino conſecrato ſolent Judæi ſabbathum exiens ſeparare à die communi ſeptimanæ, gratias Deo agentes, quòd conceſſerit ſabbathum ipſis celebrare. Cùm Rabbi iſte, conſecrationem inſtituturus, vino careret, & cerevisia eſſet inepta ad talem uſum ſacrum, maluit omittere conſecrationem, & dormire incœnatus. Nam ante conſecrationem illam & ſeparationem ſabbathi à ſeptimana, non eſt licitum ipſis cœnare. Arabicè etiam hinc uſum habere, Aben Eſra annotat.*

טָחָה Pih. Jaculari. Particip. Plural. Conſtr. כִּמְטַחֲוֵי קֶשֶׁת *Ut ijaculantes arcu, Geneſ. 21. v. 16. Id eſt, Quantum eſt jactus teli vel ſagittæ ; &* ו *eſt loco tertiæ radicalis* ה, *ut & in aliis pluribus fit.*

טָחַן Moluit, Commoluit : Præterit. וְטָחֲנוּ בָרֵחַיִם *Et molebant molis, Num. 21. 8.* Infinit. טָחוֹן הֵיטֵב *Molendo benè. Deut. 9. 21.* Imperat. וְטַחֲנִי קָמַח *Et mole farinam, Jeſa. 47. 2.*

טַחֲנָה *f.* Molitio, *Eccleſ.* 12. 4.

טֹחֲנוֹת *f. p.* Molitrices, Molares dentes, *verſ.* 3.

טחר טְחֹרִים *maſc. pl.* Mariſcæ, Hæmorrhoides, *morbus ani* : Conſtr. טְחֹרֵי זָהָב *Mariſcæ aureæ,*

Digitized

rea, 1. *Sam.* 6, *verſ.* 17. *id eſt*, *Imagines aurea mariſcarum*: Affix. טְחֹרֵיהֶם *Mariſcarum ſuarum. verſ.* 11. *In eum ſenſum apud Davidem*, וַיַּךְ צָרָיו אָחוֹר *Et percuſſit hoſtes ſuos retro*, *Pſal.* 78, 66. *id eſt, juxta Chaldaum paraphraſten*, בִּטְחוֹרַיָּא בַּאֲחוֹרֵיהוֹן *Mariſcis in poſterioribus ipſorum, ſive occultis corporis partibus. Hac vox, quaſi pronunciatu honeſtior, ſubſtituta eſt legenda à Maſorethis pro voce* עֳפָלִים: *vide* עפל.

טטף טֹטָפוֹת *f. p.* Frontalia, *Exod.* 13. 16. *Deuter* 6. 8. & 11. 18. *Scribitur autem Deuter.* 6. טֹטָפֹת, *aliàs* טוֹטָפֹת, *ſuper quo Talmudici diſputant. Scheda memoriales fuerunt, unde & זִכָּרוֹן Monimentum, ſcil. cuſtodienda Legis, vocantur, Exod.* 13. *v.* 9. *In novo Teſtamento appellantur* Phylacteria. *Chaldæus & Rabbini vocant* תְּפִלִּין, *quaſi Precum monimenta.*

טיט *m.* Cœnum, Lutum: יִרְמָס־טִיט *Calcat lutum, Jeſa.* 41, 25. עָבְטִיט *vide in* עבט.

טין Chalp. *Lutum, Cœnum*: בַּחֲסַף טִינָא Cum luto cœni, Dan. 41.

טיר טִירָה *fœm.* Palatium, Caſtellum, Arx: Conſtr. טִירַת כָּסֶף *Palatium argenteum, Cant.* 8, 9. *id eſt, magnificentiſſimum, ut R. Jona interpretatus eſt, teſte Kimchio in lib. Rad.* Aff. טִירָתָם נְשַׁמָּה *Sit caſtellum eorum deſolatum, Pſal.* 69, 26. Plural. cum Aff. כָּל־טִירֹתָם *Omnes arces eorum, Num.* 31, 10. *Vide & in* טור.

טלא טָלוּא Maculoſum, Maculis latis reſperſum, *Gen.* 30, 32. Plur. וְהַטְּלֻאִים *Et maculis latis reſperſos*; & fœm. וְהַטְּלֻאֹת *Et maculis latis reſperſas, v.* 35. בָּמוֹת טְלֻאוֹת *Excelſa latis maculis interſtincta, Ezech.* 16. *v.* 16. *id eſt, latis plagis & teſſeris colorata. Ex* Pyh. מְטֻלָּאוֹת Reſarta, *Joſ.* 9. *v.* 5. *Hac ſignificatio Rabbinis uſitata eſt*, טְלַאי עֲלֵיהֶן רָאוּי לְטַלְּאֵי *Opus eſt reſarſcire*:

עור

עור *Aſſuit ipſis corium:* טְלָאִי *Fruſtula ad reſarciendum:* מַטְלִית *Idem, apud Ta mudicos. Hinc forſan per metaphoram* טָלוּא *Maculoſum, Maculis latis reſperſum, ſicut veſtis varia fruſtula aſſuta habens.* טְלָאִים *Vide in ſequente Radice.*

טָלֶה *m.* Agnus, *Jeſ.*65, 25. Conſtr. טְלֵה חָלָב אֶחָד *Agnum lactis unum, id eſt, lacteum ſive lactantem,* 1.*Sam.*7, 9. Plurale cum א, יְקַבֵּץ טְלָאִים *Congregabit agnellos, Jeſa.* 40, *verſ.* 11. Eſt & nomen loci, 1. *Sam.* 15. *verſ.* 4.

טָלַל Pih. Tegere, Obtegere; *eſt proprie Chaldaicum:* Futur. וַיְטַלְלוּהוּ *Et contexit eam Nehem.*3. *v.* 15. Partic. ex geminata prima radicali, וּמְטַלְטֶלְךָ טַלְטֵלָה גָּבֶר *Et obtegit te obtectione vel tegumento viri; & amicit te amiciendo, Jeſ* 22, *v.* 7. *id eſt, ad dignitatem te evehit, ac præſtat & ſubminiſtrat ea, quæ ad dignitatem conſervandam ſpectant, ut eſt honorificus & magnificus veſtitus. Ita quidam interpretantur. Hebræi aliter, ut ſuprà in* טוּל *dictum. R. Salomon Jarchi explicat:* Et tranſportabit te, ſicut aliquis tranſportat gallum gallinaceum. *Explicatio ex Talmudicis petita, quibus* גֶּבֶר *Gallum gallinaceum ſignificat. Hinc Gallus iſte in Vulgatam Verſionem Latinam involavit.* Chald. *Obumbrare, Umbram facere:* Futurum Aphel, תַּטְלֵל Umbram fecit, Dan. 4, 9. ab Hebræo צָלַל, primis literis inter ſe pro more permutatis.

טַלְטֵלָה *f.* Contectio, Integumentum, *Jeſa.* 22, *v.*17. *Hebræis eſt* Migratio, Vagatio.

טַל *maſc.* Ros, *ſic dictum, quòd herbas & gramina Obtegat:* יַעַרְפוּ־טַל *Stillabunt rorem, Deut.*33, 23. Aff. יִתְּנוּ טַלָּם *Dabunt rorem ſuum,* Zach 8, 12. Chald. וּבְטַל שְׁמַיָּא Et rore cœli, Dan. 4, 12. וּמִטַּל Et de rore, Dan. 5, 21.

טָמֵא Immundus, Impurus, Pollutus fuit: Præter. וְטָמֵא *Et immundus erit, Levit.* 15, 15. Infinit. לְטָמְאָה־בָהּ *Ut impuretur eo, Levit.* 22, 8. Niph. נִטְמָא Immundum, Pollutum fieri; Impurare, Polluere ſe: Præter. וְנִטְמֵתֶם *Ut polluti ſitis, Levit.* 11, 43. א eliſo: נִטְמִינוּ *Sorduimus, Polluti reputamur, Job.* 18, 3. *ad formam Quieſcentium tertiâ* ה. Particip. Plur. אַתֶּם נִטְמְאִים *Vos ipſos impuratis, Ezech.* 20, 30. Pih. טִמֵּא Impurare, Polluere, Vitiare, Immundum reddere: Præterit. טִמֵּא אֶת־דִּינָה *Vitiavit Dinam, Geneſ.* 34, 5. טִמֵּא אֹתוֹ *Immundum reddet, id eſt, pronunciabit eum, Lev.* 13, 25. Pyh. Partic. נַפְשִׁי לֹא מְטֻמָּאָה *Anima mea non eſt impurata, Ezech.* 4, *v.* 14. Hithp. Futur. לֹא־יִטַּמָּא *Ne polluito ſe, Levit.* 21, 1. *&* Præter. *ex* Hoph. *&* Hithp. *compoſitum*, אַחֲרֵי אֲשֶׁר הֻטַּמָּאָה *Poſteaquam factum eſt ut pollueretur, Deuter.* 24, 4.

טָמֵא *m.* Pollutus, Immundus, Impurus: Pollutum: Conſtruct. טְמֵא שְׂפָתַיִם *Immundus labiis, Jeſ.* 6, *v.* 5. Plur. טְמֵאִים הֵם לָכֶם *Immunda ſunt vobis, Levit.* 11, *v.* 26. Fœmin. עִם־טְמֵאָה *Cum immunda, Levit.* 15, 33. Conſtruct. טְמֵאַת הַשֵּׁם *Impura nomine, Ezech.* 22, 5.

טֻמְאָה *fœm.* Immundicies, Impuritas, Res immunda: Conſtr. בְּטֻמְאַת אָדָם *Immundiciem hominis, Lev.* 5. *v.* 3. Aff. טֻמְאָתוֹ *Immundiciem ejus, Lev.* 22, 5. Plural. מִטֻּמְאֹת *Ab immundiciis filiorum Iſraël, Lev.* 16, 16. Affix. מִכֹּל־טֻמְאוֹתֵיכֶם *Ab omnibus immundiciis veſtris, Ezech.* 36, 25.

טָמַן Abdidit, Abſcondit, Recondidit, Occultavit: Præterit. טָמַן עָצֵל יָדוֹ *Abdit piger manum ſuam, Proverb.* 19, 24. Niph. Imperat. וְהִטָּמֵן בֶּעָפָר *Et abſconde te in pulvere, Jeſa.* 2, 10. Hiph. Futur. וַיַּטְמִנוּ *Et abſconderunt,* 1. *Reg.* 7, 8.

טָּמוּן *m.* Abſconditus, Abſconditum: בַּטָּמוּן *In abſcondito, Job.* 40, 8. Plural. Conſtr. וּשְׂפֻנֵי טְמוּנֵי חוֹל *Et occulta abſconditorum arena, Deuter.* 33, 19. *id eſt, Occultos theſauros in arena vel fundo maris.*

מַטְמוֹן *m.* Theſaurus, *Geneſ.* 43, 23. *à Recondendo.* Plural. יֶשׁ־לָנוּ מַטְמֹנִים *Sunt nobis Theſauri, Jer.* 41, 8. Conſt. וּמַטְמֻנֵי מִסְתָּרִים *Et theſauros latebrarum, Jeſ.* 45, 3. *id eſt, repoſitas opes abſtruſiſſimas.*

טֶנֶא *m.* Corbis, *Deut.* 26, 4. Aff. בָּרוּךְ טַנְאֲךָ *Benedictus corbis tuus, Deut.* 28, 5.

טנף Pih. Inquinavit: Futur. אֵיכָכָה אֲטַנְּפֵם *Quomodo inquinarem illos? Cant.* 5, 3.

טעה Erravit: Hiph. הִטְעוּ אֶת־עַמִּי *Fecerunt ut erraret populus meus, Ezech.* 13, 10.

טעם Guſtavit: Præt. טָעַם כָּל־הָעָם לֶחֶם *Guſtavit omnis populus panem,* 1. *Sam.* 14, *v.* 24. טָעַמְתִּי מְעַט דְּבַשׁ *Guſtavi parum mellis, v.* 29. Chald. Futurum ex Pahel, לָךְ יְטַעֲמוּן Tibi guſtandum dabunt, Dan. 4. v. 22. עִשְׂבָּא כְתוֹרִין יְטַעֲמוּנֵּהּ Herbam ut bobus guſtandam dederunt ei, Dan. 5, 21.

טַעַם *maſc.* Guſtus, Sapor: *metaphoricè,* Ratio, Conſilium, Judicium, Sententia, Species, Senſus: טוּב טַעַם וָדַעַת *Præſtantiam rationis & ſcientiæ, Pſal.* 119. *v.* 66. אִשָּׁה יָפָה וְסָרַת טָעַם *Mulier pulchra & averſa rationis, ſive à ratione, Prov.* 11, 22. *id eſt, ſecors, ratione & conſilio carens:* וְטַעַם זְקֵנִים *Et conſilium ſive judicium ſenum, Prov.* 12, 20. מִטַּעַם הַמֶּלֶךְ *Ex ſententia vel edicto regis, Jon.* 3, 7. אֶת־טַעְמוֹ *Senſus ſuos,* 1. *Sam.* 21, 13. עָמַד טַעְמוֹ בּוֹ *Manſit ſapor ejus in eo, Jerem.* 48, 11. בָּרוּךְ טַעְמֵךְ *Benedictum conſilium, tuum,* 1. *Sam.* 25, 33. Chald. בִּטְעֵם חַמְרָא Pro guſtu vini, Ad guſtandum vinum, Dan. 5. v. 2. מִן טַעַם אֱלָהּ De ſententia Dei Iſraëlis: וּמִטְּעֵם כּוֹרֶשׁ Et de ſenten-

ſententia Cyri, Eſr. 6, v. 14. בְּעֵל טְעֵם Dominus vel Magiſter conſilii, Præſes conſilii, Eſr. 4, verſ. 8. עַד־טַעְמָא לְדָרְיָוֶשׁ יְהָךְ Dum cauſa ad Darium perveniret, Eſr. 5, v. 5.

מַטְעַמִּים *m. pl.* Cupediæ, *Geneſ.* 27, 4. Fœm. cum Aff. לְמַטְעַמּוֹתָיו *Cupedias ejus, Prov.* 23, 3.

טען Oneravit: Imp. טַעֲנוּ אֶת בְּעִירְכֶם *Onerare jumentum veſtrum, Gen.* 45, 17. *Item,* Fixit, Transfixit, Confodit, Perfodit, *ex uſu Chaldaico.* Particip. Pyh. מְטֹעֲנֵי חָרֶב *Confoſſi gladio, Jeſa.* 14, 9. *Sic in Targum,* גֻּבְרִין מְטַעֲנִין *Viri confoſſi, Jer.* 37, 10. מְטַעֲנֵי חַרְבָּא *Confoſſi gladio, Jer.* 18, 21. *Ezech.* 28, 8.

טפח טוֹפַח *maſc.* Palmus, *menſura quatuor digitorum conjunctorum,* מִסְגֶּרֶת טֹפַח *Clauſura palmi, id eſt, tænia palmaris, Exod.* 25, 25.

טֶפַח *m.* Idem: וְעָבְיוֹ טֶפַח *Et craſſitudo ejus erat palmus, id eſt, palmaris,* 1. *Reg.* 7, 26. Plurale, טְפָחוֹת *Palmos vel Palmorum, id eſt, palmares dediſti dies meos, Pſal.* 39. *verſ.* 6. *hoc eſt, pauciſſimos, ut Aben Eſra explicat:* מִמַּסַּד עַד־הַטְּפָחוֹת *A fundamento uſque ad palmas,* 1. *Reg.* 7. *verſ.* 9. *id eſt, circumferentias, ſive præcinctiones, quibus laquearia & tectum innituntur, quæ ferè palmares eſſe ſolent. Locus, ſcribit Kimchi in Comm. ubi trabes ponuntur, appellatur* טְפָחִים *Palma, quia lapides, quibus capita trabium incumbunt, egrediuntur extra parietem menſurâ palmi extrinſecus & intrinſecus.*

טִפַּח Pih. Palmis diſtendere aut explanare, Palmis ducere vel geſtare, *ut infantes geſtari ſolent, id eſt, ut Kimchi unico verbo dicit,* Educare: Præterit. אֲשֶׁר־טִפַּחְתִּי *Quos palmis explanavi vel geſtavi, Thren.* 2, 22. *i. e. à teneris formavi & educavi:* וִימִינִי טִפְּחָה שָׁמָיִם *Et dextera mea palmavit cœlos, Jeſ.* 48, 13. *i. e. palmo extendit,*

tendit vel metata eſt cœlos, ut Aben Eſra explicat: vel Palmà diſtendit, explanavit & æquavit cælos, ut eſſent inſtar Veli & Expanſi.

טִפֻּחִים *maſc. pl.* Educationes, *quaſi Palmationes dicas:* עֹלְלֵי טִפֻּחִים *Parvulos educationum, Thren.2, v.20. id eſt, qui manibus adhuc geſtantur & educantur, ut R. Salomon explicat.*

מִטְפַּחַת *f.* Ventrale, *juxta quosdam, Ruth.3, 15. Kimchi in lib. Radic.* Peplum *exponit, & ſic in Majemone, Par.2. fol.27.* מטפחת שבראשה *Peplum quod eſt in capite ejus.* Plural. מִטְפָּחוֹת *Ventralia, Jeſa. 3, 22.*

טָפַל Concinnavit, Aſſuit, Conſuit: Præter. טָפְלוּ עָלַי שֶׁקֶר *Concinnant, Connectunt contra me falſitatem, Pſal.119, 69.* Particip. præſens, טֹפְלֵי שֶׁקֶר *Concinnatores falſi, Job.13, 4.* Futur. וַתִּטְפֹּל עַל־עֲוֹנִי *Aſſuis ad iniquitatem meam, Job. 14, 17.*

טִפְסָר *m.* Imperator, Dux, Princeps: פִּקְדוּ עָלֶיהָ טִפְסָר *Conſtituite ſuper eam Principem, Jerem. 51, 27.* Plural. cum Pathach, וְטַפְסְרַיִךְ *Et Principes tui, Nah. 3, 17.*

טפף טַף *maſc.* Parvulus, Parvuli, *& dicitur tam de maribus, quàm fœmellis:* וטף וְנָשִׁים *Parvulosque & fœminas, Ezech. 9, 6.* Aff. וְאֶת־כָּל טַפָּם *Omnesque parvulos ipſorum, Geneſ. 34. verſ. 29. Hinc* Verbum, הָלוֹךְ וְטָפוֹף *Eundo & parvulando (ut ſic dicam) Jeſ. 3. v. 16. id eſt, greſſibus ſuis parvulos agendo, ingreſſu molli, minutis paſſibus inſtar parvulorum utendo. Et ſic Aben Eſra rejectis aliorum interpretationibus,* הוֹלְכוֹת מַהֲלַךְ טַף Incedentes inceſſu parvulorum, *exponit.*

טְפַר Chald. *Unguis:* Aff. וְטִפְרוֹהִי Et ungues ejus, Dan. 4, 30. וְטִפְרַיהּ Idem, Dan. 7, 19. *Ex Hebræo* צִפֹּרֶן *literis* צ *&* ט *pro more commutatis.*

Digitized by Google

טפש Obeſari, Pinguefieri: טָפַשׁ כַּחֵלֶב לִבָּם *Obeſatum eſt quaſi adipe cor eorum, Pſ.* 119, 70. *Chaldæum eſt, unde* אִטְפַּשׁ *Impinguatum eſt, habet hîc Chaldæus:* טַפֵּישׁ Pingue reddito, *Jeſa.* 6, 10.

טרד Aſſiduum, Continuum eſſe in opere, jugiter occupari: Particip. וְדֶלֶף טֹרֵד *Et ſtillatio continuans, Prov.* 19, 13. & 27, 15. *quæ ſtillat in domo* בְּהִתְמָרֵת *cum continuatione, ut R. Levi loquitur:* טָרוּד Aſſiduè occupatus, *apud Rabbinos.*

טְרַד Chald. *Ejecit, Extruſit, Expulit, Depulit:* Particip. וְלָךְ טָרְדִין Te autem depulſuri ſunt, Daniel. 4. v. 22. Particip. Præter. ſive Pehil, טְרִיד Depulſus, Dan. 4. verſ. 30.

טרה טְרִיָּה *fœm.* Humens, Humidum, Recens: *Jud.* 15, 15, וּמַכָּה טְרִיָּה *Et plaga humida, id eſt, purulenta, Jeſa.* 1, v. 6. *R. Salomon inquit: Inveni in libris Medicorum, quòd humorem, qui exit in plaga, vocant* טְרִי *id eſt,* Pus.

טרח Laboravit, Fatigavit ſe, *apud Rabbinos frequens:* Hiph. Futur. יַטְרִיחַ עָב *Laborare facit denſam nubem, Job.* 37, 11. *id eſt, Urget, Fatigat, eam huc illuc impellendo & diſſipando.*

טֹרַח *m.* Fatigatio, Labor: הָיוּ עָלַי טֹרַח *Sunt mihi labori, Jeſ.* 1, 14. *id eſt, laborioſa vel oneri:* Aff. טָרְחֲכֶם *Laborem veſtrum, ſive, moleſtias veſtras, Deuter.* 1, 12.

טרם Antè, Antequàm, Priuſquam, Quum nondum, Necdum, Nondum: *ferè ſemper poſt ſe Verbum habet:* הֲטֶרֶם תֵּדַע *An nondum cognoſcit? Num prius cogniturus es vel cognoſcere cupis? Exod.* 10, 7. בְּטֶרֶם יָבוֹא *Antequam ingrediatur, Levit.* 14, 36. מִטֶּרֶם שׂוּם *Ab antequam poni, id eſt, Quum nondum poſitus eſſet, Hag.* 2, v. 16. *R. Salom. Gen.* 2, 5, *non vult eſſe* קוֹדֶם *Ante, ſed tantùm* עַד לֹא.

טרף

טָרַף Rapuit, Prædatus eſt, Diſcerpſit, Dilaceravit rapiendo; *eſt proprium ferarum*: Præterit. וְטָרַף זְרוֹעַ *Et rapiet brachium, Deuter.* 33, 20. Partic. אַרְיֵה טֹרֵף *Leo rapiens, Nah.* 2, 12. Niph. Futur. אִם־טָרֹף יִטָּרֵף *Si diſcerpendo diſcerptum fuerit, Exod.* 22, 13. Pyh. Præt. טָרֹף טֹרַף *Diſcerpendo diſcerptus eſt, id eſt, planè, omninò, Gen.* 37, 33. Hiph. הִטְרִיף Aluit, Cibavit: Præterit. הַטְרִיפֵנִי לֶחֶם חֻקִּי *Ale me cibo ſtatuti mei, Prov.* 30, 8. *id eſt, Stato victu.*

טָרָף *m.* Raptum, Decerptum, Avulſum: *Geneſ.* 8, 11. Folium, *quia à vento Rapitur*: Plur. Conſt. טַרְפֵּי צִמְחָהּ *Folia vel frondes germinis ejus, Ezech.* 17, 9. Sic Chaldæis frequens; *unde*, טְרַף זֵיתָא *Folium olivæ, Geneſ.* 8, 11. טַרְפֵּי תְאֵנִין *Folia ficuum, Gen.* 3, 7.

טֶרֶף *maſc.* Raptum, Rapina, Præda, *quâ cùm feræ vivant, inde generaliter eſt* Eſca, Cibus, Victus, *ut Pſal.* 111, 5. *Prov.* 31, 15. *Malach.* 3, 10. Aff. עַל־טַרְפּוֹ *Super prædam ſuam, Jeſa.* 31, 4.

טְרֵפָה *f.* Diſcerptum, Laceratum, Raptum, *Geneſ.* 31. *v.* 39. *Levit.* 22, 8.

י

יָאַב Deſideravit, Cupidus fuit: Præterit. לְמִצְוֹתֶיךָ יָאַבְתִּי *Præceptorum tuorum cupidus fui, Pſal.* 119. *verſ.* 131.

יָאָה Pulchrum eſſe, Convenire, Decere, Congruum, Dignum eſſe. Præt. f. כִּי לְךָ יָאָתָה *Nam tibi convenit, Jer.* 10, 7. *Kametz in penultima propter pauſam, pro* יָאֲתָה *formæ* גָּלְתָה *Chaldæis & Rabbinis tritiſſimum Verbum eſt, immò & Syris: ut,* יָאֵא לַן *Decet nos, Matth.* 3, 15. *Nec ad ſequens* יְאֹר *referendum.*

יאל Hiph. הואל Voluit, Acquievit; *ferè ſemper habet poſt ſe Verbum*: Præter. הואיל משה באר *Voluit Moſes exponere, Deut.* 1, 5. Imper. הואל וברך *Velis & benedic, 2.Sam.*7, 29. *id eſt, Placeat tibi benedicere*: הואילו פנו־בי *Velitis reſpicite (reſpicere) ad me, Job.* 6. *v.* 28. Futur. ויאל משה *Et acquievit Moſes, ut habitaret cum viro iſto, Exod.* 2, 21. ויואל *Et noluit: ex contraria ſignificatione, ut in aliis, juxta Chald.* 1. *Sam.* 17. *v.* 39. *Vide ibi R. Salomon.* Niph. נואל Stultè agere vel velle, Stulteſcere: Præterit. נואלו *Stulteſcunt principes Tzoan, Jeſa.* 19, 13. נואלנו *Stultè egimus, Num.* 12, 11. *Irregulare eſt pro* נאולנו *ab* אול *vel* אויל.

יאר *m.* Rivus: על־פי היאר *Juxta os rivi, Jeſa.* 19. *v.* 7. Cum ה locali, היארה תשליכהו *In rivum projicite eum, Exod.* 1, 22. Defectè, כאר *Velut rivus, Amos* 8, 8. *pro* כיאר *ut mox ſcribitur eodem verſu.* Aff. לי יארי *Mihi eſt rivus meus, Ezech.* 29, 3. Plur. נהרים יארים *Fluvii rivi, Jeſ.* 33, 21. Conſtr. כל־יארי מצור *Omnes rivos obſidionis,* 2. *Reg.* 19, 24. Aff. דגת יאריך *Piſces rivorum tuorum, Ezech.* 29, 4. *R. Salom. ſcribit Exod.* 7, *v.* 19. יארים *ſunt aquæ fluviatiles facta manibus hominum, ex labio fluminis majoris, ad agros irrigandos. Nilus verò vocatur* יאר *Rivus, quia per innumeros rivos ſe per totam Ægyptum diffundit, ſcribit idem, Gen.* 41, 1.

יאש Niph. נואש Deſperavit, Spem, Animum abjecit: Præterit. ונואש ממני *Et ſpem abjiciat de me Saul,* 1. *Samuel.* 27, 1. *Sumitur etiam quaſi imperſonaliter,* Deſperatum Actum eſt, *Jer.* 2, 25. *Jeſ.* 57, 10. Particip. אמרי נואש *Verba hominis animi abjectiſſimi ſpe deſtituti, Job.* 6, 26. Pih. יאש Spe deſtituit: Infinitiv. ליאש את־לבי *Spe deſtituendo animum meum, Ecleſ.* 2. *verſ.* 20.

Digitized by Google

יאת Acquievit, Conſenſit: Præterit. יָאֲתָה *Vide paulò antè in* יָאַח Futur. בזאת נאות לָכֶם *In hoc acquieſcimus vobis, Geneſ.* 34, *v.* 15. אַךְ נֵאֹתָה לָהֶם *Tantùm acquieſcamus eis, verſ.* 23. וַיֵּאתוּ *Et acquieverunt,* 2. *Reg.* 12, 8. *Eſt ut* יָבֵשׁ *à* אָבוּשׁ.

יבב Pih. Vociferatus eſt. Futur. וַתְּיַבֵּב אֵם סִיסְרָא *Et vociferata eſt mater Siſera, Jud.* 5, *v.* 28. *Chaldaicum eſt.*

יבל Hiph. הוֹבִיל Attulit, Apportavit: Adduxit, Abduxit: Deduxit, Reduxit. Futur. אוֹבִלֵם *Reducam eos, Jerem.* 31, 9. יוֹבִילוּ מְלָכִים שָׁי *Afferent reges donarium, Pſalm.* 68, *v.* 30. Chald. Præterit. וְהֵיבַל הִמּוֹ Et deportaverat, Abduxerat ea, Eſdræ 4, v. 14. Infinit. וּלְהֵיבָלָא כְּסַף Et ad deferendum argentum, Eſræ 7, v. 15. Hoph. Futur. לַקֶּבֶר אוּבָל *Ad ſepulchrum eductus vel elatus fuiſſem, Job.* 10, *v.* 9. יוּבַל שַׁי *Adducetur munus, Jeſa.* 18, 7.

יְבוּל *maſc* Proventus: אֶת־יְבוּל הָאָרֶץ *Proventum terræ, Jud.* 6, *v.* 4. וְאֵין יְבוּל בַּגְּפָנִים *Et nullus fuit proventus in vitibus, Hag.* 3, *v.* 17. יִגֶל יְבוּל בֵּיתוֹ *Demigrat proventus domus ejus, Job.* 20, *v.* 28. Aff. יְבוּלָם *Proventum eorum, Pſal.* 78, *v.* 46. Hinc per Aphæreſin, בוּל הָרִים יִשְׂאוּ־לוֹ *Proventum montes proferent ei, Job.* 40, *v.* 20. לְבוּל עֵץ *Proventui arboris incurvabo me, Jeſa.* 44, 19. *id eſt, Coram ramo, qui* ex arbore *provenit: & metonymicè, Coram idolo ex ramo facto. Sic Kimchi in lib. Rad.*

יוּבַל *maſc.* Fluvius, Aquæductus, Proceſſus aquarum: וְעַל־יוּבַל *Ex juxta fluvium, Jer.* 17, 8.

אוּבָל *m* Idem, *Dan.* 8, *v.* 2. 3.

יָבָל Idem: Plural. Conſtr. יִבְלֵי־מַיִם *Proceſſus aquarum, Jeſa* 30, 22. & 44, 4.

יוֹבֵל *c. ſed f. ſæpiùs,* Aries: בְּקֶרֶן הַיּוֹבֵל *Cornu arietis, id*

eſt, arietino, Joſ. 6.5. Sic Chaldæus, בְּקֶרֶן דִּכְרָא. Apud Talmudicos: *Cùm iter facerem in Arabiam, audivi quòd arietem vocarent* יוּבְלָא, *Roſch haſchana, cap. 3. 26. Item* Jubilæus annus, *id eſt,* Quinquageſimus, *quòd cornu arietino ſolenniter promulgari ſoleret, Levit.* 25. Plural. שׁוֹפְרוֹת הַיּוֹבְלִים *Buccinæ arietum, Joſue 6. v. 4. rurſus Chaldæus,* שׁוֹפְרַיָּא דְקֶרֶן דִּכְרַיָּא.

יַבֶּלֶת *fœm.* Fluxus *aut* Fluxu affectum, *juxta quoſdam: vel communiter juxta Hebræos,* Verruca; *& metonymicè,* Verrucoſum, *Lev. 22, 22. Sic Chaldæus* יַבְלָן *Verrucoſum. Diſputant Talmudici, An in Sabbatho* יבלת *Verrucam exſcindere liceat? Peſachim cap. 6. in principio.*

יִבֵּם *Pih.* Fratris defuncti abſque liberis uxorem ducere, Leviri & Affinis proximi jus & officium præſtare: *quaſi Fratriare & Levirare dicas.* Præterit. וְיִבְּמָהּ *Leviri jure ducet eam ſibi, Deut. 25. verſ.* 5. Imper. וְיַבֵּם אֹתָהּ *Et fratris jure ducito eam, Gen.* 38. 8.

יָבָם *m.* Levir, *mariti frater:* Aff. מֵאֵן יְבָמִי *Renuit levir meus, Deut. 25. 7.*

יְבֵמֶת *f.* Glos, Fratria, *uxor fratris:* Aff. וְעָלְתָה יְבִמְתּוֹ *Tunc aſcendet glos ejus, Ibid.*

יָבֵשׁ Aruit, Exaruit. Arefactus, Exſiccatus fuit. Infinitiv. עַד־יְבֹשֶׁת הַמַּיִם *Uſque dum exſiccatæ fuiſſent aquæ,* Geneſ. 8. *v. 7. quæ forma partim perfecta, partim imperfecta eſt, cui ſimilis extat in* יְכֹל. Fut. וְיֵבוֹשׁ *Et areſcet, Hoſ. 13. 15. quod formam à* בוש *habet: nam hæc duo Verba formas inter ſe confundunt;* Et formâ communi, אִיבָשׁ *Areſcam, Pſalm. 102. 12.* Vel י abjecto, יָבֵשׁ *Areſcet, Jeſa. 19. 7.* Pih. יִבֵּשׁ Arefacere, Exſiccare: Futur. וַיַּבְּשֵׁהוּ *Et arefacit ipſum, Nah. 1. 4. contractum, pro* וַיְיַבְּשֵׁהוּ *Simile vide infrà in* יָחַל. Hiph. Præteritum, אֲשֶׁר־הוֹבִישׁ *Quod exſiccaverit, Joſue 2. 10.* Et intranſitivè,

tivè וְהוֹבִישׁוּ *Et areſcent, vel exſiccabuntur, Zach.* 10. 11. *Multa etiam hujus formæ & conjugationis pertinent ad* בּוֹשׁ. *vide illic.*

יָבֵשׁ Aridus, Siccus: עֵץ יָבֵשׁ *Lignum aridum, Ezech.* 17. *verſ.* 24. Fœmin. נַפְשֵׁנוּ יְבֵשָׁה *Anima noſtra arida, Numer.* 11. *verſ.* 6. Plural. הָעֲצָמוֹת הַיְבֵשׁוֹת *Oſſa arida, Ezech.* 37. 4.

יַבָּשָׁה יַבֶּשֶׁת *fœm.* Arida, Aridum, Siccum: *dicitur de Terra, quæ ſic appellata fuit, quando aquis exundantibus liberata, Arida in uſum hominum & animalium terreſtrium primùm apparuit:* וְתֵרָאֶה הַיַּבָּשָׁה *Appareatque arida, Geneſ.* 1. *v.* 9. וְיַבֶּשֶׁת *Et aridam, Pſal.* 95. 5. Chald. עַל־יַבֶּשְׁתָּא Super terram, Dan. 2. 10.

יְבֵשָׁה *f.* Exſiccatio: *Vide in principio Radicis.*

יָגֵב *m.* Ager: Plural. כְּרָמִים וִיגֵבִים *Vineas & agros, Jerem.* 39. 10.

יֹגֵב *m.* Agricola: Plur. לְכֹרְמִים וּלְיֹגְבִים *Vinitoribus & agricolis,* 2. *Reg.* 25. 12.

יָגָה Hiph. הוֹגָה Mœrore, Mœſtitia affecit, Afflixit: Præter. אִם הוֹגָה *Si mœſtitia affecerit, Thren.* 3. *v.* 32. *Aliam ſignificationem hujus formæ vide in* הָגָה. Partic. בְּיַד מוֹגַיִךְ *In manu affligentium te, Jeſ.* 51. *v.* 23. Futur. עַד־אָנָה תּוֹגְיוּן *Uſquequò mœrore afficietis, Job.* 19. *v.* 2. Niph. Partic. Plural. Conſtr. נוּגֵי מִמּוֹעֵד *Mœſtos propter ſolennes conventus, Soph.* 3. 18. *ut ab Aben Eſra & Talmudicis explicatum in Codic. Berachoth cap.* 4. *fol.* 28. *R. Salomon & Chaldæus longiùs diſcedunt à vocis proprietate, reſpicientes ad* הָגָה Removendi *ſignificatione.* Fœmin. Plural. בְּתוּלֹתֶיהָ נוּגוֹת *Virgines ejus mœſtæ, Thren.* 1. *v.* 4. *Eſt autem Schurek loco Cholem.* Pih. Futur. וַיַּגֶּה *Et mœſtitiâ afficit, Thren.* 3. *v.* 33. *pro* וַיְיַגֶּה *cui ſimile fuit antè in* יָבֵשׁ.

Digitized by Google

יָגוֹן *maſc.* Mœror, Mœſtitia: יָגוֹן וַאֲנָחָה *Mœror & gemitus, Jeſa.* 35, 10. Aff. וְשִׂמַּחְתִּים מִיגוֹנָם *Exhilarabo eos à mœrore ipſorum, Jerem.* 31, 13.

תּוּגָה *f.* Idem: וְאַחֲרִיתָהּ שִׂמְחָה תוּגָה *Exitus gaudii eſt mœſtitia, Proverb.* 14, 13. Conſtr. תּוּגַת אִמּוֹ *Mœror matris ſuæ eſt, Prov.* 10, 1.

יגע Laboravit, Fatigatus, Defatigatus fuit: Præter. לְרִיק יָגַעְתִּי *Fruſtra laboravi, Jeſa.* 49, *v.* 4. Futur. לָמָּה זֶּה הֶבֶל אִיגָע *Ut quid in vanum laborabo, Job.* 9, *v.* 29. Pih. Fut. אַל־תְּיַגַּע *Ne fatiges, laborare facias, Joſ.* 7, *v.* 3. Hiph. Præt. הוֹגַעְתַּנִי *Fatigaſti me, Jeſa.* 43, 24.

יָגֵעַ *m.* Laſſus, Defatigatus: עָיֵף וְיָגֵעַ *Laſſus & defatigatus, Deut.* 25, 18. Plural. כָּל־הַדְּבָרִים יְגֵעִים *Omnes res laborioſæ, labore plenæ ſunt, Eccleſ.* 1, 8.

יָגִיעַ *m.* Idem: Plural. Conſtruct. יְגִיעֵי כֹחַ *Defeſſi viribus, Job.* 3, 17.

יְגִיעַ *maſc.* Labor: *metonymicè* Facultates, *ſic dictæ, quòd Labore comparentur*: וְאֶת־יְגִיעַ כַּפַּי *Et laborem manuum mearum vidit Deus, Geneſ.* 31, *v.* 42. יְגִיעֲךָ יֹאכַל *Laborem tuum comedet, Deuter.* 28, 33. Plural. cum Aff. כָּל־יְגִיעַי *Omnes labores mei, Hoſ.* 12, 8. Fœm: Conſtr. יְגִיעַת בָּשָׂר *Fatigatio carnis eſt, Eccleſ.* 12, *v.* 12.

יָגָע *maſc.* Idem: מֵשִׁיב יָגָע *Repetens vel Reddens laborem, Job.* 28, 18.

יגר Metuit, Formidavit, Reformidavit: Præterit. יָגֹרְתָּ מִפְּנֵיהֶם *Metuiſti ab illis, Deuteron.* 28, *v.* 60. וַאֲשֶׁר יָגֹרְתִּי *Et quod formidabam, Job.* 3, 25.

יָגוֹר *maſc.* Timens: אַתָּה יָגוֹר מִפְּנֵיהֶם *A quibus tu formidans es, Jer.* 22, 25. *id eſt, quos tu times vel horres.*

יגר *maſc.* Chald. *Cumulus, Acervus*: יְגַר שָׂהֲדוּתָא Cumulus teſtimonii, Gen. 31, 47. Uſurpatur autem à Labane, tanquam proprium nomen.

Digitized by Google

יד *c. ſed f. ſæpiùs,* Manus: *latè uſurpatur* : Ripa : Latus: Tractus : Robur, Vires, Poteſtas: Locus, Spacium. *Conſtructè deſinit in Pathach , cum Affixis retinetur Kametz :* עַל־יַד הַיְאֹר *Juxta ripam rivi , Exod. 2, verſ. 5. Num. 13, v. 30.* כָּל־יַד נַחַל *Ad omnem tractum torrentis Jabbok , Deuter. 2, 37.* כִּי־אָזְלַת יָד *Quod abiit vel receſſit manus , id eſt , vires manuum , robur ac facultas omnis , Deut. 32, v. 36.* הֲיַד יוֹאָב *Num manus Joabi , 2. Sam. 14, 19. id eſt , opera:* בְּיַד מֹשֶׁה *Per id manum Moſis & Abaraonis , Num. 33, 1. eſt , operâ Moſis :* בְּיַד פִּשְׁעָם *In manum defectionis ipſorum , Job. 8, v. 4. id eſt , poteſtatem :* בְּיַד *In manu duorum tuborum , Zach. 4, v. 12. id eſt , ſpacio , In medio:* כְּיַד אֱלֹהָיו *Secundùm manum Dei ipſius bonam ſuper eum , Eſra 7, v. 9. id eſt , Prout Dei favor , gratia & auxilium adfuit ipſi :* Cum Affix. אִישׁ אֶת־יָדוֹ *Quiſque locum vel ſpacium ſuum , Jer. 6, v. 3. Sic* יָדְךָ *manus tua ,* יָדִי *manus mea ,* יָדָם *manus ipſorum ,* מִלְאוּ יֶדְכֶם *Implete manum veſtram , Exod. 32, 29.* מִיֶּדְכֶן *De manu veſtra, Ezech. 13, 12.* Duale , רַחֲבַת־יָדַיִם *Ampla ſpaciis eſt , Gen. 34 , v. 21.* וְלֹא הָיָה בָהֶם יָדַיִם *Et non erant in ipſis vires , Joſ. 8, v. 20. & ſic Targum* חֵילָא *Robur :* Eſt & יְדֵי *Manus* pro יָדַיִם *Ezech. 13, 18. cui ſimile eſt in* שָׂרָה Conſtr. עַל־יְדֵי אַרְנוֹן *Ad ſpacia Arnonis, Jud. 1, 26. i.e. juxta Arnonem :* מִידֵי חָרֶב *A manibus gladii, Job. 5, 20. i. e. poteſtate.* Aff. אַל תֶּרֶף יָדֶיךָ *Ne remittas manus tuas, Joſ. 10, 6.* Terminatione fœmininâ ſemper uſurpatur metaphoricè : שְׁתֵּי יָדוֹת *Duo cardines, Exod. 26, 7.* חָמֵשׁ יָדוֹת *Quinque partibus, Gen. 43, 34. & 47, 24. & ſic 2. Sam. 19, 43.* וְיָדוֹת *Et manus, i.e. fulcra manualia erant utrinq., 1. Reg. 10, 19.* Aff. לִשְׁתֵּי יְדֹתָיו *Ad duos cardines ejus, Exod. 26, v. 19.* Chald. מִן־יַד אַרְיָוָתָא De manu, i. e. poteſtate leonum, Dan. 6, 27. בִּידֵהּ Manum ejus, Dan. 4, v. 32. וּבִידְהוֹן In manibus eorum, Eſr. 5, 8. בִּידַיִן Manibus, Dan. 2, v. 34.

Digitized by Google

ידד Jecit, Projecit: Præt. יַדּוּ גוֹרָל *Projecerunt ſortem, Joël. 3. v. 3. quod vide etiam in ſequenti Radice.*

יְדִיד *m.* Dilectus; יְדִיד יְהוָֹה *Dilectus Domini Deut. 33. 12.* Aff. אָשִׁירָה נָּא לִידִידִי *Cantabo nunc dilecto meo, Jeſ. 5. 1.* Plural. יֵחָלְצוּן יְדִידֶיךָ *Ut liberentur dilecti tui, Pſ. 60. 7.* Fœmin. שִׁיר יְדִידוֹת *Carmen dilectarum, amicarum, Pſal. 45. 1. Hebræi, Amorum:* מַה־יְּדִידוֹת *Quàm amabilia ſunt tabernacula tua, Pſal. 84. 2.*

יְדִידוּת Dilectio, *Jer. 12. 7.*

ידה Jecit, Dejecit, Projecit, Jaculatus eſt: Imper. יְדוּ אֵלֶיהָ *Jaculamini in eam, Jer. 50. v. 14.* Pih. Infinitiv. לְיַדּוֹת אֶת־קַרְנוֹת *Ut dejiciant cornua gentium, Zach 1. 21.* Fut. יַדּוּ *Projecerunt ſortem, Joël. 3. 3. pro* יְיַדּוּ: *Simile fuit antè in* יְגַה *in Pihel: Et ſic queque.* וַיַּדּוּ אֶבֶן בִּי *Et projecerunt lapidem in me, Thren. 3 v. 53.* Hiph. הוֹדָה Confiteri, Celebrare, Gratias agere; *conſtruitur cum Dativo:* Præt. הוֹדִינוּ לְךָ *Celebramus te Deus, Pſal. 75. 2.* Et cum Acuſativo: וְהוֹדוּ אֶת־שְׁמֶךָ *Celebrabunt nomen tuum, 1. Reg. 8. 33.* Particip. וּמוֹדֶה *Et qui confeſſus fuerit, Prov. 28. 13.* Chald. Particip. וּמְצַלֵּא וּמוֹדֵא Orabat & confitebatur, Dan. 6. v. 11. מְהוֹדֵא וּמְשַׁבַּח אֲנָה Gratias ago & laudo ego te, Dan. 2. 23. *Et ſic Hebraicè* cum ה conjugationis: יְהוֹדֻךָ *Celebrabunt te, Pſ. 45. 18.* Hithp. Præt. וְהִתְוַדָּה עָלָיו *Et confitebitur ſuper eo, Levit. 16. 21.* Particip. וּמִתְוַדֶּה חַטָּאתִי *Et confitebar peccatum meum, Dan. 9. 20. Aliam formam vide paulò poſt in fine Radicis.*

תּוֹדָה *fœm.* Confeſſio, Celebratio, Laudatio, Laus, Gratiarum actio, Euchariſticum ſacrificium: זֶבַח־תּוֹדָה *Sacrificium laudis, Levit. 22. v. 29.* וְהַתּוֹדָה הַשֵּׁנִית *Et confeſſio ſecunda procedebat, Nehem. 12. 38. id eſt, Celebrantium ordo vel claſſis.* Conſtr. תּוֹדַת *Lev. 7. 13.* Plur. וּבְתוֹדוֹת, שְׁתֵּי תוֹדֹת *Duos celebrãtium ordines, Neh, 12. 31.*

Et

Et laudationibus, gratiarum actionibus, Nehem. 12. 27.
וְתוֹדָה *Et eucharistica, 2. Par.* 29. 31.

הֻיְדוֹת *f.p.* Celebrationes, *Neh.* 12. 8.

יְהוּדָה Jehudah, *filius patriarchæ Jacobi, quaſi Celebra-
tionis filius dictus, quòd mater à partu ipſius Deum ce-
lebraſſet, Geneſ.* 29. *v.* 35. *& cum Celebraturi eſſent
fratres ejus, Geneſ.* 49. *v.* 8. *Illud nomen poſt ſciſſu-
ram tribuum, quæ antea* Hebræi *&* Iſraëlitæ *diceban-
tur,* ſoli tribui Jehudæ *impoſitum eſt; & quia tri-
bus* Benjamin *ipſi poſtea adjuncta, unà regnum Ju-
daicum conſtituit, inde & Benjamitæ* Judæi *dicti fue-
runt, ut Mardochæus Benjamita vocatur Vir Judæus,
Eſth.* 2. 5. *Tandem in univerſos reſiduos nomen tra-
ductum, qui omnes vocantur* Judæi. *Impoſitum & Ter-
ra fuit, quam tribus Jehuda occupavit, &* Chald. יְהוּד
Terræ Judææ, Dan. 2. 25.

יְהוּדִי *m.* Judæus, *Eſth.* 3. 4. Plural. יְהוּדִים *v.* 6. Chald.
יְהוּדָאִין & יְהוּדָיֵא Judæi, Dan. 3. 8.

יְהוּדִית Judaicè, *linguâ Judaicâ, id eſt, Hebraicâ, 2. Re-
gum* 18. *v.* 26. *Hinc* Verbum *formatum in* Hitph. *pro* Ju-
daizare: Partic. מִתְיַהֲדִים *Judaizabant, Judæi fiebant,
Eſth.* 8. 17.

יָדַע Scivit, Novit, Agnovit, Cognovit; Animadver-
tit, Percepit. *Propriè mentis eſt & intellectus, quan-
doq; etiam ſenſûs, ut quando de concubitu dicitur: Inter-
dum Operoſam cognitionem denotat, pro* Curare, Curam
agere, *ut Pſal.* 1. 6. *Prov.* 27. 23. Præt. יָדַע אֶת־חַוָּה אִשְׁתּוֹ
Cognovit Evam uxorem ſuam, Geneſ. 4. *v.* 1. *nempe con-
cubitu maritali, quòd ſic decorè & honeſtè effertur:* יָדַעְתִּי
אֶת־יִצְרוֹ *Novi figmentum ejus, Deut* 31. *v.* 21. *i.e. mores
& ſtudia ejus.* Partic. אֶל־יוֹדֵעַ סֵפֶר *Ad ſcientem libros,
Jeſa.* 29. *v.* 11. *i.e. Literarum peritum:* וְאָנֹכִי הַיּוֹדֵעַ *Ego
ſum qui ſcio, Jer.* 29. 23. *quod ſcriptum tranſpoſitis literis,
& le-*

by Google

& legendum יְהוֹדַע *ut à Maſorethis notatum:* יוֹדְעֵי בִינָה לְעִתִּים *Scientes intelligentiam temporum*, 1 *Paral.* 12, 32. *i. e. Rationis temporum periti.* יוֹדְעֵי דַעַת *Scientes ſcientiam*, *Dan.* 1, 4. *i. e. Præditi ſcientiâ.* Partic. Præterit. ſive Pahul, וִידוּעַ חֹלִי *Expertus morbos*, *Jeſ.* 53, *v.* 3. Infin. irregularis, *juxta R. D. Kimchi in libro Rad.* דְּעָה חָכְמָה *Scire ſapientiam*, *Prov.* 24, 14. *at Ab. Eſra facit Imperativum cum* ה *paragogico præcedente Segol.* Futur. יֵידַע *Pernoſcit*, *Pſal.* 138, 6. *quæ forma partim perfecta, partim imperfecta eſt : quidam in Hiphil ponunt ; alii in Pihel : at ſignificatio hujus Verbi in iſtis Conjugationibus loco Pſalmi non convenit.* Chald. Præt. כְּדִי יְדַע Quùm cognoviſſet, Dan. 6, 10. דִּי כָל־דְּנָה יְדַעְתָּ Quùm totum hoc cognoſceres, Dan. 5, 22. דִּי אֲנָה יִדְעֵת Quia ego novi, Dan. 4. v. 6. Particip. יָדַע אֲנָא Scio ego, Dan. 2, v. 8. Plural. וְלָא יָדְעִין Neque cognoſcunt, Dan. 5. v. 23. Conſtruct. לְיָדְעֵי בִינָה Scientibus intelligentiam, Dan. 2, v. 21. Particip. præteritum ſive Pehil, יְדִיעַ לֶהֱוֵא לְמַלְכָּא Notum ad eſſendum regi, id eſt, notum ſit, Eſr. 4, v. 12. Imperat. דַּע מַלְכָּא Scito rex, Dan. 6, 15. Futurum, וְאִנְדַּע Et cognoſcam, Dan. 2, 9. תִּנְדַּע Cognoſces, Dan. 2, v. 30. דִּי יִנְדְּעוּן Ut cognoſcant, Daniel. 4, verſ. 14. *quæ ſunt cum* נ *loco Dageſch*, *pro* אֶדַּע Niphal נוֹדַע Notum fieri, Agnoſci, Cognoſci, Innoteſcere, Notum facere, Animadverti : Præteritum, לֹא נוֹדַע *Neque notum ſit, Deut.* 21, 1. Infinit. וְאַחֲרֵי הִוָּדְעִי *Poſteaquam notum factum eſt mihi, Jer.* 31, *v.* 19. Futur. יִוָּדַע *Notus fiebat, Pſal.* 74, *v.* 5. *id eſt, Inſignis, Celebris.* Futurum בְּלֵב כְּסִילִים תִּוָּדֵעַ *In animo ſtultorum innoteſcit, cognoſcendum ſe exhibet, Proverb.* 14, *v.* 33. *nempe, quidquid ſapientia reconditum eſt. Paucula quæ ſtulti, & vani ſcioli norunt, mirè jactant & oſtentant, juxta illud vetus :*

אַסְתֵּירָא בְּלַגִּינָא קִישׁ קִישׁ קַרְיָא Stater in lagena Kis Kis clamat. *Numulus in vacuam lagenam injectus, magnum edit ſonum, & ſtrepitum, ſi moveatur. Sic eſt ſapientia in hominibus vanis. At in ſapientibus ſapientia quieſcit, nec profertur, niſi cùm opus eſt, juxta illud: Parcens ſermonibus novit ſcientiam, Prov.* 17, 27. *Sic explicatur præcedens locus à Veteribus Hebræorum Sapientibus, Codic. Talmudico Bava metzia, cap.* 7. *fol.* 85. *Meminit etiam proverbii iſtius in hac Radice Kimchi in libro Radicum.* Pih. Præter. יִדַּעְתָּ הַשַּׁחַר *Notum feciſti auroræ locum ſuum, Job.* 38, 12. *ubi* ה *in fine pertinet ad Nomen ſequens, & legendum juxta Maſorethas,* יִדַּעְתָּ הַשַּׁחַר Pyh. Part. אַלּוּפִי וּמְיֻדָּעִי *Dux meus & notus meus, Pſal.* 55, 14. *Phraſis uſitatiſſima in Judæorum Epiſtolis, quâ præcipuum & familiarem amicum compellant:* Plur. מְיֻדָּעַי *Familiares meos, Pſal.* 88, 9. Hiph. הוֹדִיעַ Scire, Experiri fecit, Notum fecit, Indicavit, Inſtruxit, Oſtendit; *Conſtruitur cum Accuſativo & Dativo:* Præt. הוֹדַעְתָּ לָהֶם *Notam facies eis, Exod.* 18, 20. הוֹדַעְתִּי אוֹתָם *Scire feci eos, Ezech.* 20, 11. Hinc anomal. יוֹדַעְתִּי אֶל־מָקוֹם *Indicavi, Condixi locum talem, & eſt pro* הוֹדַעְתִּי *&* אֶל *pro* אֶת Chald. Præter. הוֹדַע לְדָנִיֵּאל Notum fecit Danieli, Dan. 2, 15. הוֹדְעָךְ Oſtendit tibi, verſ. 29. וּכְעַן הוֹדַעְתַּנִי Nunc autem notum feciſti mihi, verſ. 23. וְהוֹדַעְנָא לְמַלְכָּא Notum fecimus regi, Eſr. 4. v. 14. Partic. Plural. מְהוֹדְעִין אֲנַחְנָה Notum facimus nos, v. 16. Infin. לְהוֹדָעָה לְמַלְכָּא Notum facere regi, Dan. 5. v. 8. לְהוֹדָעוּתָךְ Ut nota faceremus tibi, Eſr. 5. v. 10. לְהוֹדָעֻתַנִי Ut notam facias mihi, Dan. 2, 26. Futur. לְמַלְכָּא יְהוֹדַע Regi notam faciet, Dan. 2, 25. לָא תְהוֹדְעֻנַּנִי Notum non feceritis mihi, verſ. 9. Hoph. Præter. אוֹ הוֹדַע *Aut notum factum fuerit, Lev.* 4, 23. Hithp. Infin. בְּהִתְוַדַּע *Quando cognoſcendum*

dum præbuit ſe, Gen. 45, 1. Futur. אֵלָיו אֶתְוַדָּע *Ei notum faciam me, Num. 12, 6.*

דֵּעַ *m.* Scientia, Sententia: Affix. אֲחַוֶּה דֵעִי *Indicabo ſententiam meam, Job. 32, 10,* אֶשָּׂא דֵעִי *Proferam ſententiam meam, Job. 36, 3.* Plural. תְּמִים דֵּעִים *Perfecti ſcientiis, Job. 37, 16.*

דֵּעָה *f.* Scientia: וְרָעוּ אֶתְכֶם דֵּעָה *Paſcent vos ſcientiâ, & intelligentiâ, Jer. 3, 15.* Plural. אֵל דֵּעוֹת *Deus ſcientiarum, 1. Sam. 2, 3.*

דַּעַת *Eſt Infinitivus, & inde Nomen,* Cognitio, Notitia Scientia, Sententia: בִּבְלִי־דַעַת *Præter ſcientiam, Deut. 4, 42. id eſt, per imprudentiam:* בְּמִלִּין בְּלִי־דָעַת *Sermonibus abſque ſcientia, Job. 38, 2. id eſt, indoctis, inſcitè prolatis:* Aff. בְּדַעְתּוֹ *Scientiâ illius, Prov. 3, 20.*

יִדְּעֹנִי *maſc.* Ariolus, *futurorum divinator, quaſi Sciolus dictus.* Apud veteres legitur: *Jiddeoni eſt, qui ponit os animantis, cui nomen* ידוע *in os ſuum, & os illud poſtea ex ſeſe loquitur, in Cod. Talmudico Sanhedrin cap. 7. fol. 65. Inde Jonathan,* וְתִבְעֵי גְּרַם ידוע *Et ſciſcitantes os Jiddoa, Lev. 20, 6. Species divinationis prohibita, Levit. 20, v. 27.* Plural. וְאֶל־הַיִּדְּעֹנִים *Et ad ariolos, Lev. 19, 31.*

מַדָּע *vel* מַדַּע *maſc.* Scientia: וּמְבִינֵי מַדָּע *Et intelligentes ſcientiam, Dan. 1, 4. id eſt, præditi ſcientiâ:* וּמַדָּע *Et ſcientiam, 2. Paral. 1, v. 10.* Aff. בְּמַדָּעֲךָ *Per ſcientiam tuam, Eccleſ. 10, 20. Aben Eſra, In animo & cogitationibus tuis, quas nemo ſcit niſi tu, hoc eſt, conſcientiâ.*

מַנְדְּעָא. מַנְדַּע *maſc.* Chald. Idem: רוּחַ יַתִּירָא וּמַנְדַּע Spiritus excellens & cognitio. Dan. 5, v. 12. וּמַנְדְּעָא Et ſcientiam, Daniel. 2, v. 21. Aff. וּמַנְדְּעִי יְתוּב עֲלַי Et intellectus meus, vel, Mens mea reverſa eſt ad me, Dan. 4. verſ. 33. נ eſt loco Dageſch, ut & in Verbo dictum.

מוֹדָע *m.* Affinis, Cognatus, Notus, Familiaris, *Ruth.*2. *v.* 1. *Prov.*7.4.

מוֹדַעַת *f.* Cognatio, Affinitas: Aff. מוֹדַעְתָּנוּ *Cognationis noſtræ, vel, de cognatione noſtra, Ruth.* 3. 2. *id eſt, Cognatus vel affinis : Kametz autem eſt loco Tzere.*

מַדּוּעַ Quare? *Vox compoſita ex* מַה *&* דּוּעַ *ut dicitur* גּוּל *pro* יָגוּל *q.d. Quæ ſcientia aut ratio eſt? Quare? Quamobrem? Uſus enim ejus eſt, cùm cauſam alicujus rei Scire & Cognoſcere cupimus :* מַדּוּעַ בָּאתֶם אֵלָי *Quare veniſtis ad me? Gen.*26.*v.*27. *Aben Eſra Exod.* 18. *v.* 14. מַדּוּעַ *eſt quaſi* מַה דַּעְתְּךָ · מַה זֶּה · מַכֶּם · *Sicut*

יָהּ Jah, *unum ex Nominibus divinis :* בְּיָהּ יְהוָה *In Jah, vel, Deo Domino, Jeſa.*26.*v.*4. *Vide R. Salomon. Pſalm.* 68.5.

יְהַב Chald. *Dedit, Tradidit, Reddidit.* Præt. יְהַב בִּידָךְ : Tradidit, Tradat in manum tuam, Dan.2.v.38. וִיהַבוּ גֶשְׁמֵיהוֹן Et tradiderunt corpus ſuum, Daniel. 3. v.28. Partic. præſ. יָהֵב חָכְמְתָא Dat ſapientiam, Daniel.2.21. Plural, יָהֲבִין לְהוֹן טַעְמָא Redditur illis rationem, Dan.6.3. Imper. לְאָחֳרָן הַב Alteri da, Dan. 5. v. 17. Præt paſſ. Pehil: יְהִיב לַהּ Datum eſt ei, Dan.7. v. 4. Fœm. יְהִיבַת לְהוֹן Data fuerat eis, verſ.12. וִיהִיבוּ Et tradita fuerunt, Eſræ 5. verſ. 14. Ithpah. Particip. מִתְיְהֵב לְהוֹן Dabatur illis, Eſr. 4. v. 20. Fœm. מִתְיַהֲבָא Sit datus, Detur, Eſr. 6.8. Plural. דִּי מִתְיַהֲבִין Quæ traduntur, Eſr. 7.v.19. Futur. יִתְיְהֵב לֵיהּ Detur ei, Dan. 4.13. וְיִתְיַהֲבוּן בִּידֵהּ Tradanturque in manus ejus, Dan.7.25, Imper. הַב הַב *Da, da, Prov.*30.15. *cum* ה *paragogico:* הָבָה לִי בָנִים *Da mihi liberos, Gen* 30.1. הָבָה־לָנוּ לֶחֶם *Da nobis panem, Geneſ.*47.15. Sequente continuò alio Verbo, habet vim hortantis particulæ, ut alia quædam : הָבָה נִלְבְּנָה *Agedum formemus lateres, Geneſ,*

Gen. 11, 3. *vide & v.* 7. *&* 38, 16. *Exod.* 1, 10. Plur. הָבוּ גֹדֶל *Date magnitudinem Deo noſtro, Deut.* 32, 3. Et cum Tzere ab initio, אָהֲבוּ הֵבוּ *Amant Date, id eſt, munera, Hoſ.* 4, 18. Fœm. הָבִי הַמִּטְפַּחַת *Cedò ventrale, Ruth.* 3, 15.

יְהָב *m.* Onus, Cura, *propriè illarum rerum, quæ nobis deſunt, & nobis dari anxiè & ſolicitè petimus:* הַשְׁלֵךְ יְהָבְךָ *Projice onus tuum, curas tuas ſuper Dominum, & ipſe ſuſtentabit te, Pſ.* 55, 23. *R. Sal. & Aben Eſra,* מַשָּׂאֲךָ *Onus tuum. Inde apud Talmudicos:* Neſciebant quidam Rabbinorum quid eſſet הַשְׁלֵךְ יְהָבְךָ Dixit Rabba bar Channa: Quodam tempore ambulabam juxta Arabem quendam, & portabam onus. Tum dixit Arabs ille ad me: שְׁקֹל יְהָבָיךְ וּשְׁדִי אַגַּמְלָאֵי Accipe onus tuum, & injice camelis iſtis, *Megilla fol.* 18. *& Roſch haſchana fol.* 26. *Kimchi in lib. Rad. dicit, poſſe eſſe Præteritum, q. d. Projice quod dedit tibi ad hunc diem, & quæ tibi amplius neceſſaria ſunt, ſuper eum, & ipſè enutriet te: aut Nomen, Omnia donabilia tua, id eſt, donanda, quæ tibi dari deſideras, & ipſe dabit ea tibi, & enutriet te.*

הַבְהָבִים *m. plur.* Dona, Donaria: Aff. זִבְחֵי הַבְהָבַי *Sacrificia donariorum meorum, Hoſ.* 8, 13. *R. Sal. & Kimchi in lib. Rad.* Sacrificii aſſatorum meorum. *Sic in Targum Hieroſolymitano pro Hebræo* צְלִי *Aſſatum, ponitur* מְהַבְהַב *Exod.* 12, 9. *Tradit Kimchi in libro Radic. etiam Arabicè ſic ſumi. Apud Talmudicos eodem modo uſurpatur, Codice Bava metzia, cap.* 7. *fol.* 89. *de fructibus & frugibus quæ ad ignem aſſantur, ut ad cibum tanto ſint commodiora.* הַבְהוּב *ibidem* Aſſatio. *Kimchi tamen in Comm. à* יהב *deducit, & exponit* מַתְּנוֹתַי *Donorum meorum, quæ ipſi putant ſe mihi donare.*

יחד *Unde* Part. מִתְיַחֲדִים Et Nomina, יְחוּדָה. יָחוּד. *Vide ſuprà in Rad.* יָדָה.

יהר יָהִיר *masc.* Superbus, Arrogans: גֶּבֶר יָהִיר *Vir arrogans, Habac.* 2, 5. יוּהֲרָא Superbia: אִתְיְהִיר Superbire, *Talm.*

m. Sal: בַּמֶּלַח תִּמְלָח *Sale ſalietur, Levit.* 2, 13. בְּרִית מֶלַח *Fœdus ſalis, Num.* 18, 19. *id eſt, incorruptibile & perpetuum. Nam ſal à corruptione conſervat.*

מָלַח Salivit: *Futur.* תִּמְלַח *ut antè.* Chald. Nomen & Verbum, דִּי מְלַח הֵיכְלָא מְלַחְנָא Propterea quòd ſale palatii-regii ſalivimus, Eſr. 4, 14. id eſt, quòd in palatio educati ſumus, & ſalaria noſtra à rege habuimus. Hebræi, Quòd vaſtationem Templi vaſtavimus, id eſt ut Kimchi in lib. Rad. ſcribit, Ceſſare fecimus ædificationem Templi, ut ſit tanquam terra מְלֵחָה ſalſuginoſa & vaſta. Niph. נִמְלַח Evaneſcere, Deteri, Conſumi, Diſſolvi: Præterit. כֶּעָשָׁן נִמְלָחוּ *Ut fumus evaneſcent, Jeſ.* 51, 6. Pyh. Partic. מְמֻלָּח Salitum, Salſum, *ſcil. ſuffimentum, Exod.* 30, 35. *Nam ſal Sodomiticum ad ſuffitum etiam adhibebant, ut Aben Eſra notat. Chaldæus & R. Salomon,* Commixtum: *nam quod ſalitur, ſolet commiſceri, ac ſurſum deorſum verti.* Hoph. Præterit. & Infin. הָמְלֵחַ לֹא הָמְלָחַתְּ *Saliendo non fuiſti ſalita, Ezech.* 16, 4.

מַלּוּחַ *m.* Herba ſalſilaginoſa, *Job.* 30, 4. *Quidam,* Malvam, *alii* Halimum, *alii* Urticam *vertunt. Sic pro Hebræo* חָרוּל *in Targum ponitur* מַלּוּחִין. *Soph.* 2, 9.

Digitized by Google

מַלֵחָה *f.* Salſugo; אֶרֶץ מְלֵחָה *Terra ſalſuginis, id eſt, ſalſuginoſa, Jerem.* 17, *v.* 6. אֶרֶץ פְּרִי לִמְלֵחָה *Terram fructus in ſalſuginem, Pſal.* 107, 34. *id eſt, fructuoſam in ſalſuginoſam.*

מְלָחִים *m. p.* Evanida, *Veſtimenta detrita, Jer.* 38, 11.

מַלָּחִים *m. p.* Nautæ, *Jona* 1, 5. *marini propriè, à Salo vel Salſa aqua maris ſic dicti, vel quòd remis aquam Commiſcent, ut R. Salomon ſcribit, juxta ſignificationem Participii in Pyh.* Aff. מַלָּחַיִךְ *Et nautæ earum, Ezech.* 27, 9.

מלט Niph. נִמְלַט Ereptus, Liberatus fuit, Eripuit, Eruit, Liberavit, Recepit ſe, Evaſit: Præter. וְלֹא נִמְלַט אִישׁ *Et non evaſit quiſquam, Jud.* 3, 29. Pih. נַפְשְׁךָ מִלַּטְתָּ *Animam ſuam eripuit, Ezech.* 33, 5. Futur. אֲמַלֵּט עָנִי *Eripiam pauperem, Job.* 29, 12. *Item,* Peperit, *q. d. Evadere fecit fœtum: Unde,* וְתִמַלֵּט *Et evadere faciet, Jeſ.* 34, 15. *id eſt, Pariet, Ponet, ſcil. ova ſua.* Hiph. Præt. וְהִמְלִיטָה זָכָר *Et peperit marem, Jeſ.* 66, 7. Infin. פָּסוֹחַ וְהִמְלִיט *Tranſeundo & liberando, Jeſ.* 31, 5. *cum Chirek ſub* ה *loco Pathach, juxta Kimchium: Simile in* דֶּרֶךְ. Hithp. וָאֶתְמַלְּטָה *Et ereptus ſum, Job.* 19, *v.* 20. יִתְמַלָּטוּ *Proripiunt ſeſe, Job.* 41, 10.

מֶלֶט *m.* Argilla, Cæmentum, *Jerem.* 43, 9.

מָלַךְ Regnavit, Rex fuit: *Frequenter cum* עַל *conſtruitur:* Præterit. וּמָלַךְ מֶלֶךְ *Et regnabit rex, Jer.* 23, 5. Imp. מְלָךְ־עָלֵינוּ *Regna ſuper nos, Jud.* 9, 14. Niph. נִמְלַךְ Conſilium iniit, *ex uſu Chaldaico.* Futur. וַיִּמָּלֵךְ *Et conſilium iniit Nehem.* 5, 7 Hiph. הִמְלִיךְ Regnare fecit, Regem præfecit, Regem conſtituit: Præterit. הִמְלִיךְ אֶת־שְׁלֹמֹה *Regem conſtituit Salomonem,* 1. *Reg.* 1, 43. וְהִמְלַכְתָּ לָהֶם מֶלֶךְ *Et præficies eis regem,* 1. *Sam.* 8, 22. Hoph. Præterit. אֲשֶׁר הָמְלַךְ *Qui rex factus fuit, Dan.* 9, 1.

מֶלֶךְ *m.* Rex: Aff. וְאֶת־מַלְכְּךָ *Et regem tuum, Deut.* 28, 36. Plur.

Plur. מלכים *Reges, Pſ.* 72, 11. Cum Epentheſi חמלאכים
למחות מלכין 2. *Sam.* 11, 9. In Nun, formâ Chaldaicâ:
Ad delendum reges, Prov. 31, 3. Conſt. מלכי־ארץ *Reges terræ, Pſal.* 2, 2. Chald. *Rex; Conſilium:* כל־מלך Ullus rex, Dan. 2, 10 מלת מלכא Verbum regis, Ibid. די מלכה שאל Quod rex interrogat, Dan. 2, 11. cum ה loco א. Plural. ומהקים מלכין Et conſtituit reges, verſ. 21. מלך מלכיא Rex regum, Eſr. 7, 12. *Cum affixo,* להן מלכא מלכי ישפר עליך Quamobrem ô rex, conſilium meum pulchrum ſit tibi. Dan. 4, 24. id eſt, placeat tibi. Fœmin. מלכה Regina, *Eſth.* 1, 9. Chald. ענת מלכתא Reſpondit Regina, Dan. 5, 10. Conſtr. מלכת 1. *Reg.* 10. v. 10. Et aliâ formâ, למלכת השמים *Regina cœlorum, Jer.* 7, 8. *juxta quoſdam, ſed potiùs eſt à* לאך, *vide illic.* Plural. מלכות *Cantic.* 6, 7. 8.

מלך Molech, *Idolum Ammonitarum, quod &* מלכם Milcom, 1. *Reg.* 11, 5. *&* מלכם *Soph.* 1, 5. *dictum fuit: De Molech vide in* גיא.

מלוכה *f.* Regnum, *Jeſa.* 34, 12.

מלכות *f.* Idem, *Dan.* 11, 2 ויין מלכות *Et vinum regni, id eſt, regium, Eſth.* 1, 7. Aff. למלכותו *Ad regnum ejus,* 2. *Paral.* 33, 13. Plural. מלכיות *Regna, Dan.* 8, 21. Chald. מלכותה מלכות עלם Regnum ejus regnum æternum, Dan. 3, v. ult. vel מלכותא Dan. 2, 42. vel מלכותה v. 44. vel per Apocopen Chaldæis frequentem, מלכו Dan. 2. Plural. כל־אלין מלכותא Omnia iſta regna, Dan. 2, 44.

ממלכה *f.* Idem: ממלכה שפלה *Regnum humile, Ezech.* 29, v. 14. Conſtr. ממלכת כהנים *Regnum ſacerdotum, id eſt, ſacerdotale, Exod.* 19. 6. Aff. ראשית ממלכתו *Principium regni ejus, Geneſ.* 10, 10. Plural. ממלכות *Regna, Jeſ.* 14, 16. Conſtr. ממלכות הארץ *Regna terræ, Pſal.* 68, 33.

Digitized by Google

ממלכות *f.* Idem, 1.*Sam.* 15, 28.

מלל Verba fecit, locutus eſt: Particip. מולל *Verba facit, Proverb* 6, 13. Pih. מִלֵּל Dixit, Locutus, Elocutus, Effatus eſt, *Geneſ.* 21, 7. מִלְּלוּ *Eloquuntur*, *Job.* 33, 3. Futur. יְמַלֵּל *Eloquatur, Pſal.*106, 2. תְּמַלֵּל *Effaberis, Job.* 8, 2. Chald. Præter. מַלִּל Locutus eſt, Dan.6, 21. Particip. מְמַלֵּל Loquebar, Dan.7 8. & in Chirek. מְמַלִּל. v. 20. fœminin. מְמַלְּלָה Loquebatur, Dan.7, v. 11. Futur. יְמַלִּל Loquetur, Dan.7, 25. in Chirek loco Tzere. Hithp. Futur. יִתְמוֹלָלוּ *In ſpicas abeant, ſcil. ſagittæ, hoc eſt, irrita ſint, non minùs, quàm ſi ſpicæ pro ſagittis eſſent, Pſal.* 58, *v.* 7. *ſignificatione ex Nomine, quod ad finem Radicis hujus ponitur, petitâ; Vide de hoc etiam in* מול.

מִלָּה *f.* Sermo, Dictio, Verbum: Aff. מִלָּתִי *Sermonem meum, Job.* 13, *v.*17. Plural. מִלִּים *m. Sermones, Verba, Job.*6, 26. Et in Nun formâ Chaldaicâ מִלִּין *Sermones, Job.*12, 11. Aff. מִלֶּיךָ *Sermones tui, Job.*4, 4. וְיִכָּתְבוּן מִלָּי *Et deſcriberentur ſermones mei, Job.* 19, 23. Chald. וּמִלָּה Et verbum, Dan. 2, 9. vel מִלְּתָה Dan. 2, 5. vel מִלְּתָא Dan. 2, v. 15. Conſtr. וּמִלַּת מַלְכָּא Et verbum Regis, Dan. 3, v. 38. Plural. רֵאשׁ מִלִּין Caput ſive ſummam verborum, Dan.7, verſ.1. מִן קָל מִלַּיָּא Propter vocem ſermonum, verſ. 11. Conſtr. מִלֵּי מַלְכָּא Verba regis, Dan. 5, 10.

חֲמוֹלָה חֲמֻלָּה *Vide* חמל.

מְלִילוֹת *f. p.* Spicæ, *Deut.* 23, 25.

מלץ Niph. נִמְלַץ Suave, Dulce eſſe. Præter. מַה־נִּמְלְצוּ *Quàm ſuavia fuerunt, Pſal.* 119, 103.

מלצר *m.* Promus, *Daniel.* 1, *verſ.* 11. *Aben Eſra ſcribit, in lingua Chaldaica idem eſſe quod* נוֹתֵן מַתָּנוֹת Dans munera *Communiter nomen proprium habetur.*

מלק Ungue ſecuit, rupit vel diſcerpſit. Præterit. ומלק את־ראשו *Et ungue ſecabit caput ejus, Levit. 1, 15. & 5, 8. Ritus offerendi aves vel in holocauſtum vel pro peccato, deſcribitur à veteribus Hebræis Cod. Talmudi o Zevachim. cap 6. fol. 64.*

מן מני A, Ab, De, E, Ex, Præ, *comparativè pro* Magis quàm: *Item* Propter: למן עולם *Inde à ſeculo. Jer. 7, 7.* מני־בטן *Ab utero,* מני־רחם *Inde à vulva. Jeſ. 46, 3.* למני אשור *Ab Aſſur. Mich. 7, v. 12.* Conjungitur aliis vocibus ejecto Nun, & ſequente Dageſch, ſi locum habeat: מכהן *A ſacerdote, Ezech. 44, 22.* מאל *A Deo, Gen 49, 25.* מאהבת *Propter amorem, Deut.* 7, 8. Et cum ל præfixo, למבן *A filio, 2. Paral. 25, 5.* Singulare eſt, למבראשונה *Inde à principio, 1. Paralip. 15, 13. ubi* מ *cum Patbach notatur, & tres literæ ſerviles concurrunt:* למרחוק *A longinquo, Job. 30, v. 32.* Chald. מן די Ex quo, Eſr. 5, 12. מנך A te, Dan. 3, 23. מני A me, &c.

מן Chald. *Quis, Qui:* ומן הוא Et quis ille, Dan. 3, 15. ומן־די Et quisquis, verſ. 6. ולמן־די Et cuicunque, Dan. 4, 14.

מנדת Chald. vide in מדד.

מנדע Chaldaicum nomen vide in ידע.

מנה Numeravit, Dinumeravit, Supputavit: Præterit. מנה עפר *Numeravit pulverem Jacobi, Num. 23, 10.* Chald Præter. מנה vel מנא Numeravit, Dan. 5, 25. 26. Niph. Præter. נמנה *Annumeratus eſt, Jeſa. 53, 12.* Infinit. להמנות *Numerari, Eccleſ. 1, 15.* Fut. ימנה *Numerabitur, Gen 13, 16.* ימנו *Supputabuntur, 2. Par. 5, 6.* Pih. מנה Paravit, Præparavit: Conſtituit, Præfecit. *Dan. 1, v. 10. 11.* מנו *Conſtituerunt, Job. 7, 3.* Imp. per Apocopam, מן *Præpara, Pſal. 61, 8.* Et ſic Futur. וימן *Et præparaverat, Jona 2, 1.* Chald. Præter. מני

Conſtituit, Dan. 2, 24. מַנִּיתָ Præfeciſti, Dan. 3, verſ. 11. Imperat. מַנִּי Conſtitue, Eſr. 7, 25. Pyh. Partic. Præter. מְמֻנִּים *Conſtituti*, 1. *Paral.* 9, 29.

מְנִי *maſc.* Numerus, Copiæ; לַמְּנִי *Copiis, Numeris iſtis, ſcilicet deorum cæleſtium, ſeu ſtellarum, qua pro diis colebantur, Jeſa.* 65, 1.

מָנֶה *m.* Mina, Libra, Pondo, *Ezech.* 45, 12. Plurale, מָנִים *Minæ,* 1. *Reg.* 10, 7. *cum quo confer* 2. *Chron.* 9, 16. *Mina ſacra antiqua continebat quinquaginta ſiclos ſacros, centum vulgares.: Mina nova Ezechielis ſexaginta ſiclos, centum viginti vulgares, adjectâ nimirum ſextâ parte. Fuit & Mina viginti quinque ſiclorum, ſive centum zuzin aut denariorum. Nam* זוז *quarta pars ſicli.*

מָנָה *fœm.* Pars, Portio, *dinumerata ſcilicet & conſtituta.* 1. *Sam.* 1, 5. Conſtr. מְנַת *vel* מְנָת *ut Pſal.* 11, 6. Plur. מָנוֹת *Portiones,* 2. *Paral.* 31, 19. *vel* מְנָיוֹת *Neh.* 13, 10. *vel* מְנָאוֹת *Nehem.* 12, 44. Aff. וּמְנוֹתֶיהָ *Et portiones ejus, Eſth* 2, 9.

מֹנִים *m. p.* Vices, *Geneſ.* 31, 7.

מָן *m.* Man, Manna, *quaſi Præparatus cibus, Exod.* 16. *aut Comparatus ſine labore, ut appellatur Sapientiæ c.* 16, 20.

מִנְיָן *m.* Chald. *Numerus:* Conſtr. לְמִנְיַן Pro numero, Eſr. 6, 17.

מנח מִנְחָה *fœm.* Munus, Donum, Oblatio: *Dicitur tam de munere profano, quod homo homini dat, quàm ſacro frumentaceo, quod Deo offerebant. Illud munus & manè & veſperi offerebatur. R. Sal. Lev.* 24, 9. *ſcribit,* כל דָבָר הַבָּא מִן תְּבוּאָה בִּכְלַל מִנְחָה הוּא: *id eſt, Quodcunq; venit ex proventu frumenti in genere, id Mincha dicitur. A veſpertina oblatione tempus ipſum vocarunt Hebræi* Mincha. *Et id duplex,* מנחה גדולה Mincha magna, *quæ latè accipitur, &* מנחה קטנה Mincha parva, *quæ ſtrictè dicitur. Mincha magna ſeu Veſpera magna eſt, quæ*

incipit

incipit ab hora ſexta & dimidia, id eſt, ſtatim poſt meridiem, ante primam noſtram. Hebræorum deſcriptio eſt : מנחה גדולה תחלת זמן תמיד של בין הערבים מכי מתחיל להעריב דהיינו מחצי שבע והמעלה דהא חצי שש וחצי שבע חמה עומדת בראש כל אדם וקודרת כנגדה למטה ואינה נוטה לשום צד ומחצי שבע ולמעלה נוטה ברקיע למערב סמוך למנחה התחלת שבע : *id eſt*, Mincha ſeu Veſpera magna eſt initium temporis ſacrificii jugis inter duas veſperas, (*Vide in Rad.* ערב) ex quo incipit veſperaſcere, (*id eſt, ſol ad veſperam declinare*) hoc eſt, à dimidia ſeptima & ulterius, *id eſt, dimidia prima noſtra.*) Nam à dimidia ſexta ad dimidiam ſeptimam, (*à dimidia duodecima uſque ad dimidiam primam*) ſol conſiſtit in capite cujusque hominis, & umbram facit rectà ante ſe, deorſum, neque declinat in ullum latus: at à dimidia ſeptima & ulterius, (*id eſt, dimidia prima noſtra*) vergit ſol in firmamento versùs occidentem, & ſpargit umbram versùs orientem. *Mincha ſeu veſpera parva eſt,* בתשעה ומחצה ab hora nona & dimidia, *id eſt, ab hora tertia noſtra & dimidia, nempe circa quartam noſtram. Hoc tempore, durante Templo, ſolebant ſacrificia offerre quæ vocantur* Mincha: *ceſſante Templo & ſacrificiis, Viri ſynagogæ magnæ ſubſtituerunt eis preces,* & Precatio veſpertina *vocatur* תְּפִלַּת מִנְחָה. *Sic tempore Minchæ magnæ precatus eſt Petrus aſcendens in ſolarium, Actor.* 10, *verſ.* 9. *ad Mincham parvam ſeu horam precationis nonam, Petrus & Johannes iverunt in Templum, Actor.* 3, *verſ.* 1. *Centurio Cæſarienſis preces peregit, Actorum* 10, *verſ.* 3. 30. *Erat & Mincha ſacrificium matutinum, ut Numer.* 28. *verſ.* 4. 2. *Regum* 3, *v.* 20. *cui ſucceſſit* תְּפִלַּת הַשַּׁחַר Oratio matutina, *cujus initium cum ipſo die, & finis*

Digitized by

ad horam quartam, id eſt, noſtram decimam, non quòd per quatuor horas duraret, ſed quòd quilibet tenebatur eam ante finem horæ quartæ abſolvere. De hoc eſt Canon Majemonis, Tractatu תפלה *de Precatione cap. 3.* תפלה השחר מצותה שיתחיל להתפלל עם הנץ החמה וזמנה עד סוף שעה רביעית שהיא שלישית היום: *id eſt,* Orationis matutinæ lex eſt, ut incipiat quis orare cum exortu ſolis, & terminus ejus uſque ad finem horæ quartæ, quæ eſt tertia pars diei. *Sic Apoſtoli in precibus & ſacris matutinis fuerunt adhuc circa tertiam (id eſt, nonam noſtram antemeridianam) occupati, quando acceperunt Spiritum ſanctam, Actor. 2, v. 15. Videatur Majemon dicto loco: Talmud de Schabbathe, cap. 1, fol. 9. R. Alphes Tractatu de Paſſchate, capite ſexto. Sed redeamus ad vocem:* מִנְחָה לַיהוָה *Munus vel oblationem Domino, Geneſ. 4, v. 3.* והורידו לָאִישׁ מִנְחָה *Et deferte ad virum illum munus. Geneſ. 43, 11.* אֲכַפְּרָה פָנָיו בַּמִּנְחָה *Placabo faciem ejus munere, Geneſ. 32, 20.* Conſtruct. וּבְמִנְחַת הָעֶרֶב *Et in munere, vel oblatione veſpertina, Eſr. 9, 5. id eſt, Tempore oblationis veſpertinæ.* Aff. אֶל־מִנְחָתוֹ *Ad munus vel oblationem ejus, Gen. 4, 4.* Plural. cum Aff. יִזְכּוֹר כָּל־מִנְחוֹתֶךָ *Memor ſit omnium oblationum tuarum, Pſal. 20. v. 4. Rabbini in plurali abſoluto dicunt* מִנְחוֹת *Vide infrà* נחה. Chald. וּמִנְחָה Et munus, Dan. 2, 46. Aff. וּמִנְחָתְהוֹן Et munus vel oblationem eorum, Eſr. 7, v. 17.

מנך הַמְנִיכָא Chald. *Torques:* וְהַמוֹנְכָא דִי־דַהֲבָא Et torques aureus erit in collo ipſius, Daniel. 5. verſ. 7. ubi Maſorethæ tradunt legendum, הַמְנִיכָא quomodo & aliàs in Targum occurrit.

מנן מִנִּים *m. pl.* Fides, Chordæ; *Species Inſtrumenti muſici fuit, Pſal. 150, 4.*

מנע Inhibuit, Cohibuit, Prohibuit: *Frequenter cum Prapoſit.* מִן *conſtruitur*: Præterit. מָנַע מִמֵּךְ *Prohibuit à te, Geneſ.* 30, 2. Particip. מֹנֵעַ *Cohibens gladium ſuum* מִדָּם *à ſanguine, Jerem.* 48, 10. Niph. Præterit. נִמְנַע מִבֵּית *Cohibetur à domo Dei veſtri, Joël.* 1, 13. Fut. תִּמָּנַע *Cohibeas te, Numer.* 22, 16. וַיִּמָּנְעוּ *Et cohibiti fuerunt, Jerem.* 3, 3.

מנר מָנוֹר *maſc.* Jugum textorium vel Liciatorium: Conſtruct. כִּמְנוֹר אֹרְגִים *Sicut jugum texterum,* 1. *Sam.* 17, 7.

מסה Hiph. הִמְסָה Liquefecit: Diſſolvit: Præter. irregulare, הִמְסִיו *Liquefecerunt, Joſ.* 14, 8. *formâ Chaldaicâ, ut in* שְׁתָה *pro* הִמְסוּ. Futur. יַמְסֵם *Liquefacit iſta, Pſal.* 174, 18. Et cum Apocopa, וַתֶּמֶס *Diſſolveres, Pſal.* 39, 12.

תָּמָס *Vide in* מָסַס.

מסך Infudit, Miſcuit, *Jeſa.* 19, 14. מָסַכְתִּי *Miſcui, Pſal.* 102, 10. Infin. לִמְסוֹךְ *Ad miſcendum, Jeſa.* 5, 22. *Convenit cum* מזג.

מֶסֶךְ *m.* Mixtio, *Pſal.* 75, 9.

מִמְסָךְ *m.* Miſtura, Libamen miſtum, *Jeſa.* 65, 11. *Vinum miſtum, Prov.* 23, 30.

מסס Liquefieri, Diſſolvi. Infinit וְהָיָה כִּמְסֹס נֹסֵס *Eritq; (Aſſyrius) ſicut diſſolvitur (metu) ſignifer, Jeſa.* 10, 18. Niph. נָמֵס *vel* נָמַס *Pſal.* 22, 15. *& Ezech.* 21, 7. Futur. anomalum, וַיִּמָּאֵס *Et liquefit, Job.* 7, 5. *pro* יִמַּס: *& ſic,* יִמָּאֲסוּ *Liquefiant, Pſal.* 58, 8. *Simile vide in* בזז *& infrà in* צלל. Hiph. Præter. הֵמַסּוּ *Liquefecerunt, Diſſolverunt, Deut.* 1, 28.

מָס *m.* Diſſolutus, *Job.* 6, v. 14. *Vel eſt nomen participiale,* Liqueſcens,

מַס *m.* Tributum, *ſic dictum, quia paulatim Liqueſcere*

d by Google

facit facultates maximè, ſi nimium imponatur, 1. *Reg.* 5, 13. Plural. מִסִּים *Tributa, Exod.* 1, *v.* 11. Et fœm. מִסָּה. *unde* Conſtruct. מִסַּת *Deut.* 16, 10. *vel*, Sufficientia, *ex Chaldaica ſignificatione : nam pro Hebræo* דַּי *vel* דֵּי *in Targum, frequenter ponitur* מִסַּת : *ut*, מִסָּתִי *Sufficientia mea, Prov.* 30, 8.

תֶּמֶס *m.* Liquefactio : שַׁבְּלוּל תֶּמֶס *Limax liquefactionis, id eſt, liqueſcens, Pſalm.* 58, 9.

מסר Tradidit, Suppeditavit : Infinit. לִמְסָר־מַעַל *Ad ſuppeditandum prævaricationem, Num.* 31, 16. Niph. Futur. וַיִּמָּסְרוּ *Et traditi ſunt, Num.* 31, 5.

מָסֹרֶת *f.* Traditio, Exhibitio : *Ezech.* 20, 37. *Sunt tamen ex Hebræis, qui hoc ab* אָסַר *deducant, pro* מַאֲסֹרֶת Vinculum. *Vide in* אָסַר.

מעד Vacillavit, Nutavit, Lapſus eſt : Præter. מָעֲדוּ קַרְסֻלָּי *Vacillant tali mei*, 2. *Sam.* 22, 37. Particip. præſens, לְמוֹעֲדֵי רָגֶל *Ad nutantes, vel, in nutationibus pedis, Job.* 12, 5. Futur. לֹא אֶמְעָד *Non vacillabo, Pſalm.* 26, *verſ.* 1. תִמְעַד אֲשֻׁרָיו *Labaſcit ullus greſſuum ejus, Pſalm.* 37. *verſ.* 3. Pyh. juxta quoſdam, eſt Partic. fœmin. וְרֶגֶל מוּעָדֶת *Et pes vacillare factus, Luxatus, Prov.* 25, *v.* 19. Hiph. Imper. הַמְעַד *Fac ut nutent, Pſal.* 69, 24.

מעה מֵעִים *maſc. d.* Viſcera : Conſtruct. בִּמְעֵי הַדָּג *In viſceribus piſcis, Jon.* 2, *v.* 1. Aff. מֵעָיו *Viſcera ejus*, 2. *Sam* 20, 10. מֵעַי *Viſcera mea, Jer.* 4. 19. וּמְעֵיהֶם *Et viſcera ſua, Ezech.* 7, *v.* 19. *in quibus irregulariter eſt Tzere ſub Mem loco Scheva.* Chaldaicè, מְעוֹהִי Venter ejus, Daniel. 2, 23. *per Metonymiam. In Targum* מְעִין. *unde* מְעֵיהוֹן *Viſcera ſua, Ezech.* 7, *verſ.* 19. מְעוֹהִי *Viſcera ſua*, 2. *Samuel.* 20, 10.

מָעוֹת *f.* Scrupi. Lapilli : Aff. כִּמְעֹתָיו *Sicut ſcrupi ejus, Jeſa.* 48, 19.

מָעַט Parum, Paucum, Parvum eſſe vel fieri, Minui, Diminui: Infinit. לְפִי מְעוֹט *Secundùm diminui*, *Levit.* 25, 16. *id eſt*, *Pro paucitate*, *Infinitivus loco nominis*. Futur. יִמְעַט *Minor fuerit*, *Exod.* 12, *v.* 4. יִמְעָטוּ *Diminuentur*, *Jeſa.* 21, *v.* 17. Pih. מִעַט Minuere, Diminuere, Præter. מִעֲטוּ *Minuunt*, *Eccleſ.* 12, 3. Hiph. Præt. וְהִמְעִיטָה *Et diminuat*, *Levit.* 26, 22. *&c.*

מְעַט *m.* Paucitas, Parum, Paucum, Minimum; Paucus, Parvus: אֲנָשִׁים מְעַט *Homines pauci*, *Nehem.* 2, 12. Interdum dicitur de pauco temporis; *ut Pſalm.* 37, 10. *Jer.* 51, 33. *& alibi.* מְעַט מְעַט Paulatim. *Exod.* 23, *verſ.* 30. כִּמְעַט *Vel Minimo*, Momento, Propemodum. Ferè, Fermè, Penè, *Pſalm.* 81, 15. Plural. מְעַטִּים *Pauci*, *Eccleſ.* 5, 1.

מָעַךְ Compreſſit: Particip. Præteritum, וּמָעוּךְ *Et compreſſus*, *Levit.* 22, *verſ.* 24. Fœmin. מְעוּכָה *Compreſſa*, *Impreſſa*, *vel Infixa in terram*, 1. *Sam.* 26, 7. Pyh. Præterit. שָׁם מֹעֲכוּ *Illic compreſſa fuerunt ubera tua*, *Ezech* 23, 3.

מָעַל Prævaricatus eſt: *Conſtruitur cum Prapoſitione* ב, *& ferè ſemper habet adjunctum Nomen conjugatum*: Præterit. מָעַל־בִּי *Prævaricatur contra me*, *Ezechiel.* 17, *v* 20. מָעַל מַעַל *Prævaricatus eſt prævaricatione*, *Joſ.* 22 20. *&c.*

מַעַל *m.* Prævaricatio: Aff. מַעֲלָם *Prævaricationem eorum*, *Ezech.* 39, 26.

מְעִיל *maſc.* Pallium, *Exod.* 28, *v.* 31. Aff. מְעִילוֹ *Pallii ejus*, 1. *Sam.* 15, 27. Plural. מְעִילִים *Pallia*, 2 *Sam.* 13, 18. Aff. אֶת־מְעִילֵיהֶם *Pallia ſua*, *Ezech.* 26, 16.

מַעַן לְמַעַן Propter, *cum Verbo Infinitivo*: *Cum Futuro*, Propterea, Ut: לְמַעַן הָבִיא *Propterea adducere*, *Ut adducat*, *Geneſ.* 18, *verſ.* 19. לְמַעַן תִּוָּרֵא *Ut timearis*, *reveren-*

Digitized by Google

reverenter colaris, Pſalm. 130, 4. לְמַעַן לְמוּג לֵב *Propter diffluere cor, Ut diffluat animus, Ezech.* 21, 15. *Pleonaſmus: nam aliâs ſimplici Infinitivo præmittitur, & idem valet quod* ל *Infinitivo præfixum:* לְמַעַן אֲשֶׁר יְצַוֶּה *Propterea quòd præcepturus eſt, Geneſ.* 18, 19. Aff. לְמַעַנְךָ *Propter te,* לְמַעֲנִי *Propter me, &c. Sunt qui ad* עָנָה *pertinere putant: notat enim Reſponſionem ſeu redditionem cauſæ, ut & de* יַעַן *ſuprà dictum eſt.*

מַעֲרָה מער* *Vide in* ערה.

מָצָא Invenit, Reperit, Deprehendit, Aſſecutus, Conſecutus eſt: *& conſtructum cum* ל *eſt* Satis eſſe, Sufficere; ut, וּמָצָא לָהֶם *Et ſatis ſit eis, Num. c.* 11, 22. *vide, & Jud.* 21, 14. *Et* 2. *Sam.* 8, 22. Niph. נִמְצָא Inventus, Repertus, Deprehenſus fuit. *Item* Sufficere: יִמָּצֵא לָנוּ *Sufficeret nobis, Joſ.* 17, 16. *& ſic Zachar.* 10, *v.* 10. Hiph. הִמְצִיא Invenire fecit, *Effecit ut præſtò eſſet, Porrexit, Tradidit, Exhibuit:* Præterit. *cum* י *loco Aleph,* הִמְצִתִיךָ *Exhibui te,* 2. *Sam.* 3, *v.* 8.

מָצַד *m.* Arx, Propugnaculum, Munitio, 1. *Par.* 11, 7. & 12. 8. Fœmin. מְצָדָה *unde* Plural. מְצָדוֹת *Propugnacula, Jeſa.* 33, 16.

מָצוֹר *maſc.* Idem: Conſtruct. מְצוֹר רָעִים *Munitionem malorum, Proverb.* 12, 12. *id eſt, contra mala, vel Arcem, in qua ſe fortificet ad mala perpetranda, juxta R. Levi:* Plural. מְצוֹרִים *Munitiones, Eccleſiaſt.* 9, *verſ.* 14. *vide & in* צור. Fœmin. מְצוֹרָה *Idem:* Aff. וּמְצוֹדָתָהּ *Et munitionem ejus, Jeſa.* 29, 7. Plural. בַּמְּצוֹרוֹת *In munitiones, Ezech.* 19, 9. *Vide &* צור.

מְצוּדָה *f.* Idem, *Job.* 39, 31. Conſtr. אֵת מְצֻדַת צִיּוֹן *Arcem vel propugnaculum Tzionis,* 2. *Sam.* 5, 7. Aff. וּמְצֻדָתִי *Et propugnaculum meum,* 2. *Sam.* 22, 2. Plural. מְצוּדוֹת *Munitiones, Pſal.* 31, 3. *Vide &* צור.

מצרה

מצה Expreſſit : Exſuxit : Præter. מָצִית *Exſuxiſti, Jeſ.* 51, 1. Futur. וַיָּמֶץ טַל *Et expreſſit rorem, Jud.* 6, 38. *per Apocopam.* Niph. Præt. וְנִמְצָה דָמוֹ *Et exprimetur ſanguis ejus, Lev.* 1, 15. Futur. יִמָּצֵה *Exprimetur, Lev.* 5, 9 יִמָּצוּ לָמוֹ *Exprimentur eis, Pſal.* 73, 10.

מצח *c.* Frons, *Exod.* 28, 38. Aff. בְּמִצְחוֹ *In fronte ejus,* 2. *Par.* 6, 19 Plural. Conſtr. עַל מִצְחוֹת *Super frontes virorum, Ezech.* 9, 4.

מִצְחָה *fœm.* Frontale : Conſtr. וּמִצְחַת נְחשֶׁת *Et frontale aream erat ſuper pedibus ejus,* 1. *Sam.* 17, 6.

מצץ Expreſſit : Futur. תָּמֹצּוּ *Exprimatis, Jeſ.* 66, 11. *Convenit cum* מָצָה *& cum* מִיץ.

מַצָּה *f.* Azymum, Infermentatum : *Num.* 6, 19. Plural. מַצּוֹת *Infermentata, azymi, Exod.* 12, 18.

* מֵצַר מְצָרִים *Vide in* צָרַר.

מקל *m.* Baculus, *Jer.* 1, 11. Conſtruct. in Pathach, מַקַּל *Geneſ.* 30, *v.* 37. *quaſi à forma* מַקֵּל Aff. מַקְלוֹ *Baculum ſuum,* 1. *Sam.* 17, 40. *absque Dageſch* : שְׁנֵי מַקְלוֹת *Duos baculos, Zach.* 11, 7.

מקק Niph. נָמַק Tabeſcere, Contabeſcere, Tabefieri : Præter. וְנָמַקּוּ *Et contabeſcent, Jeſ.* 34, 4. Partic. אֲנַחְנוּ נְמַקִּים *Nos tabeſcimus, Ezech.* 33, 10. Futur. וּלְשׁוֹנוֹ תִּמַּק *Et lingua cujuſque tabefiet, Zach.* 14. *verſ.* 12. Hiph. הָמֵק בְּשָׂרוֹ *Tabefaciendo carnem cujusque Zach.* 14, 12.

מַק *maſc.* Tabes, *Jeſ.* 5, 24.

מר Stilla, Gutta : כְּמַר מִדְּלִי *Sicut gutta è ſitula, Jeſa.* 40, 15.

מרא Hiph. הַמְרִיא Extulit ſe : Futurum, תַּמְרִיא *Extollit ſe, Job.* 39, 21. *Chaldæis,* Volat.

מְרִיא *maſc.* Saginatum, Pingue, *quaſi Elevatum dicas,* 2. *Sam.* 6, 13. Plur. וְחֵלֶב מְרִיאִים *Et adipem pinguium, Jeſa.*

Digitized by Google

Jeſ. 1, 11. Aff. מְרִיאֵיכֶם *Pinguium veſtrorum, Amos* 5. *v.* 22. *Hebræi Bubalum explicant.*

מרא *m.* Chald. *Dominus* : וּמָרֵא מַלְכִין Et dominus regum, Dan. 2, v. 47. In Targum ſæpè pro Hebræo בַּעַל & אָדוֹן, dicitur מָר absque א in fine: Cum Aff. מָרִאי Domine mi, Dan. 4, 16. cum א redundante, juxta Maſorethas.

מֹרַג *maſc.* Tribula, *antiqua ſcilicet Trahæ vel Vehiculi quædam ſpecies, quâ olim frumenta excutiebantur; unde & illud Virgilii,* Tribulaque, Trahæque & iniquo pondere roſtri : *Videatur Varro* 1. *de re Ruſt. cap.* 52. לְמוֹרַג *In tribulam, Jeſ* 41, *v.* 15. Plural. וְהַמֹּרַגִּים *Et tribula,* 1. *Sam.* 24, 22. *Vide* חָרוּץ *in* חָרַץ.

מָרַד Rebellavit: *Conſtruitur cum Præpoſ.* ב *&* עַל: Præt. מָרַדְתָּ בִּי *Rebellaſti contra me,* 2. *Reg.* 18. *v.* 20. Particip. Plural. Conſtr. בְּמֹרְדֵי אוֹר *Inter rebellantes lucis, id eſt, adversùs lucem, Job.* 24, 13. Futur. וַיִּמְרֹד עַל־אֲדֹנָיו *Et rebellavit contra dominum ſuum,* 2. *Par.* 13, 6.

מֶרֶד *m.* Rebellio, *Jeſ.* 22, 22. Chald. וּמְרַד Et rebellio, Eſr. 4, 19. Et adjectivum fœmin. קִרְיְתָא מָרָדְתָּא Urbem rebellem, Eſr. 4, 12.

מַרְדּוּת *f.* Rebellio, Contumacia, 1. *Sam.* 20, 30.

מָרוּד *maſc. vide in* רוּד : Plural. מְרוּדִים Exules, *Ejecti ut rebelles, Jeſ.* 58, 7. *Juxta Aben Eſram* Afflicti, *& Mem eſt radicale* : *Chaldæus*, Vagi, Exulantes. *R. Salomon deducit à* רוּד, *vide illic.*

מָרָה Rebellis fuit, Rebellavit: *Conſtruitur cum Præpoſit.* ב *& cum Accuſativo* : *Quandoque ſignificationem à* מִיר *&* מָרַר *mutuatur* : Præteritum, מָרָה אֶת־פִּי יְהוָה *Rebellavit contra os Domini,* 1. *Reg.* 13. *v.* 26. מָרוּ בָךְ *Rebellant in vel contra te, Pſ.* 5, 11. Partic. בֵּן סוֹרֵר וּמוֹרֶה *Filius contumax & rebellis, Deut.* 21, 18.

מָרָה מְאֹד *Rebellis valdè, juxta R. Levi, 2. Reg. 14, 26. Alii,* Variam, Mutabilem valdè, *quæ ſignificatio à* מִיר *petita: Alii,* Amarum, *quod eſt à* מָרַר· Hiph. הִמְרָה Exacerbavit, Rebellavit, Mutavit. Præt. הִמְרוּ אֶת־רוּחוֹ *Exacerbarunt ſpiritum ejus, Pſal. 106, 33.* Part. מַמְרִים *Rebelles fuiſtis, Deut. 9, 7.* Infin. לַמְרוֹת *Ad exacerbandum, Jeſa. 3, v. 8.* Futur. יַמְרֶה אֶת־פִּיךָ *Rebellaverit contra os tuum, Joſ. 1, 18.* Et cum Apocopa, וַתֶּמֶר *Et mutavit, Ezech. 5, verſ. 6.* וַיַּמְרוּ *Et exacerbarunt, Pſal. 78, 56.*

מוֹרָה *maſc.* Novacula, *ſic dicta, quòd radendo caput vel faciem Mutet, Jud. 13, v. 5. & 16, 17. 1. Samuel. 11, 1. Vide aliam ſignificationem in* יָרָא: Conſtr. מֹרַת *Vide in* מָרַר·

מְרִי *maſc.* Rebellio, *Proverb. 17, 11.* Aff. מֶרְיְךָ *Rebellionem tuam, Deuter. 31, verſ. 27.* בְּמִרְיָם *Rebellione ſuâ, Nehem. 9, 17.*

מְרָתַיִם *f. d.* Rebelliones, *juxta Chaldæum & Hebræos communiter, Jerem. 50, 21. Quibuſdam eſt Nomen proprium loci.*

מָרַח Contrivit, Contudit: Futur. וְיִמְרְחוּ עַל־הַשְּׁחִין *Et contundant ſuper ulcus, id eſt, Contuſos applicent, aſtringant, imponant in emplaſtro, Jeſ. 38, 21. Græcè* καταπλάτ]ειν.

מְרוֹחַ *m.* Attritus: מְרוֹחַ אָשֶׁךְ *Attritus teſte, qui Thlibias dicitur ἀπὸ τῦ θλίβειν ab Atterendo, Lev. 21, 20.*

מָרַט Evulſit pileos, Depilavit, Glabravit: Partic. לְמֹרְטִים *Depilantibus, Jeſ. 50, 6. Hinc metaphoricè,* Expolire, Extergere, Partic. מְרוּטָה *Exterſus, Ezech. 21, v. 9.* Et in priore ſignificatione, וְכָל־כָּתֵף מְרוּטָה *Et omnis humerus depilatus eſt, id eſt, Nudatus, Ezech. 29, 18.* Inf. לְמָרְטָה *Ad extergendum, Ezech. 21, 11* Fut. וָאֶמְרְטָה *Et evulſi pilos capitis mei, Eſr. 9, 3.* וָאֶמְרְטֵם *Et*

Digitized by Google

Et glabravi eos, Neh. 13, 25. Niph. Fut. יִמָּרֵט *Glabrum ſit, Lev.* 13, 40. Pyh. Præt. מֹרָטָה *Exterſus eſt, Ezech.* 21, 10. Particip. præſens, וּמוֹרָט *Et depilatam, Jeſa.* 18, 2. Particip. Præter. נְחֹשֶׁת מְמוֹרָט *Ex ære exterſo,* 1. *Reg.* 7, 45. Chald. ex Pehil Præter. paſſivum, מְרִיטוּ Evulſæ, depilatæ, Dan. 7, 4.

מרץ Niph. נִמְרַץ Roborari, Acre, Vehemens eſſe: Præter. מַה־נִּמְרְצוּ *Quàm acres ſunt ſermones recti, Job.* 6, 23. Partic. præſens: *Perditione* נִמְרָץ *acri, vehementi, Mich.* 2, 10 Fœmin. קְלָלָה נִמְרֶצֶת *Maledictione acerrimâ,* 1. *Reg.* 2, 8. Hiph. Futur. יַמְרִיצְךָ *Robuſtum vel acrem reddet te, Job.* 16, 3.

מָרַק Terſit. Expolivit: Partic. Præter. נְחֹשֶׁת מָרוּק *Ex ære terſo,* 2. *Par.* 4, 16. Imper. מִרְקוּ *Tergite, Jer.* 46, 4. Pyh. Præter. וּמֹרַק *Et extergetur ſeu Defricabitur, Lev.* 6, 28.

מָרָק *m.* Jus, *ſic dictum, quòd in eo Defecetur & Defricetur caro, Jud.* 6, *verſ.* 20. *ubi ſcribitur cum Patach, præter normam; Vide Kimchium.* Conſtr. וּמְרַק *Et jus, Jeſa.* 65, 4. *quomodo Maſoretha illic legendum docent, pro eo quod in textu ſcribitur* וּפְרַק *de quo vide in* פָּרַק.

מְרוּקִים *m.p.* Mundationes: Aff. יְמֵי מְרוּקֵיהֶן *Dies mundationum ipſarum, Eſth.* 2, 12.

תַּמְרוּק *m.* Mundatio, Strigilis, *quaſi Abſterſionem vel Abſterſorium dicas, Prov.* 20, 30. Plur. Conſtr. וּבְתַמְרוּקֵי *Et mundationes, Eſth.* 2, 12. Aff. תַּמְרוּקֶיהָ *Munditias ſeu Mundum ejus, Eſth.* 2, 9.

מָרַר Amarum eſſe: Præter. juxta quoſdam, מַר לִי *Amarum eſt mihi, Ruth.* 1, 13. *quod & Nomen eſſe poſſit:* כִּי מָרָה נֶפֶשׁ *Nam amarus erat animus totius populi,* 1. *Sam.* 30, 6. Niph. Præt. נָמַר *vide in* מוּר: Fut. יֵמַר *Amareſcet, Jeſ.* 24, 9. *pro* יִמַּר. Pih. Fut. אֲמָרֵר בַּבֶּכִי

Amari-

Amaricabo, Amaram reddam vel edam, ſc. vocem in fletu, Jeſ 22 4. וַיְמָרֲרוּ *Et amaram effecerunt vitam eorum Exod.* 1, 14 וַיְמָרֲרֻהוּ *Amaritudine affecerunt eum, Gen* 49, 23. Hiph. הֵמַר Amarum, Amaritudine affecit, Exacerbavit. Præterit. הֵמַר נַפְשִׁי *Amaritudine affecit animam meam Job* 27, 2. Infin. הָמֵר *Amaricare, Amarè agere, amarè flere, Zach* 10, 12. Futur. תַּמֵּר *Amarices Amaritudine afficias, Exacerbes, Exod.* 23, *v.* 21. *pro* תַּמְר. Hithp. Futur. ex geminatâ primâ radicali, וַיִּתְמַרְמַר *Et exacerbavit ſe, Dan.* 8, 7.

מַר *m.* Amarus: *Item,* Amaritudo, Amarum, מַר לִי מָר *Amara mihi amaritudo, Jeſ.* 38, 17. מַר הַמָּוֶת *Amaritudo mortis,* 1. *Sam* 15, 32. Plur. מָרִים *Amaræ, Exod.* 15, 23. Conſtr. מָרֵי נֶפֶשׁ *Amari animo, Jud.* 18. 25. Fœm. מָרָה *Amara Job.* 21, 25. Et cum א loco ה, מָרָא *Amara, Ruth* 1, 20 *cui ſimile vide in* זור. *Et ſubſtantivè* Amaritudo: 2 *Sam.* 2, 26. Conſt. מָרַת נֶפֶשׁ *Amara animo,* 1. *Sam* 1, 10. Cum Cholem ab initio, מֹרַת רוּחַ *Amaritudo ſpiritus, Gen.* 26, 35. Et Cholem correpto, & ר juxta Maſorethas dageſſato: מָרַּת נַפְשׁוֹ *Amaritudinem animæ ſuæ, Prov.* 14, 10. *ubi* ר *cum Dageſch.* Eſt & מָרָה Mara, propriũ nomen loci, *ab Amaris aquis ſic dicti, Exod* 15, 23. מָרָתָה *Marā uſque ibid.*

מֶמֶר *m.* Amaritudo, *Prov.* 17, 25.

מְרִירוּת *f.* Idem, *Ezech.* 21, 6.

מְרֵרָה *f.* Fel, *ab Amaritudine*: Conſtr. מְרֹרַת פְּתָנִים *Fel aſpidum, Job.* 20, 14 Aff. מִמְּרֹרָתוֹ *E felle ejus, Job.* 20 *v.* 25.

מְרֵרָה *f.* Idem: Aff. מְרֵרָתִי *Fel meum, Job.* 16, 13.

מְרִירִי *m.* Amarus, *Deuter* 32, 24. *Hinc* Plural. Conſtr. *juxta quoſdam,* כִּמְרִירֵי יוֹם *Sicut amaritudines diei, Job* 3, 5. *Sed vide id in* כָּמַר.

מְרֹרִים *maſc. pl.* Amaritudines, Res amaræ, Amara, *Exod.* 12, 8. Fœmin. מְרֹרוֹת Idem, *Deut.* 32, 32.

Digitized by Google

מְמְרוֹרִים *m. pl.* Idem, *Job.* 9, 18.
תַּמְרוּרִים *m. pl.* Amaritudines, *Jer.* 31, 15. *quod vide etiam in* תָּמָר.

משה Extraxit: Præterit. מְשִׁיתִהוּ *Extraxi eum*, *Exod.* 2, 10. Hiph. Futur. יַמְשֵׁנִי *Extrahet me*, 2. *Sam.* 22, 17.
מֶשִׁי *m.* Sericũm, *Ezech.* 16, 10. 13.

משח Unxit: מָשַׁח אֹתוֹ *Unxit eum, Numer.* 35, 25. Niph. Præterit. כִּי־נִמְשַׁח *Quòd unctus eſſet*, 1. *Paral.* 14, 8. Infin. בְּיוֹם הִמָּשַׁח אֹתוֹ *In die ungi illud*, *id eſt, quo unctum fuit, Num.* 7, 10.
מָשִׁיחַ *maſc.* Unctus, 2. *Sam.* 1, 21. Meſſias, Chriſtus, *ſic dictus, quòd is verè eſſet ille, quem Uncti reges & ſacerdotes in Vet. Teſt. repræſentarent, Dan.* 9, 25. 26. Conſt. מְשִׁיחַ יְהוָה *Unctus Domini*, 1. *Sam.* 24, 7. Aff. מְשִׁיחוֹ *Uncti ſui*, 2. *Sam.* 2, 10. Plural. בִּמְשִׁיחָי *Unctos meos*, *Pſal.* 105, 15.
מָשׁוּחַ *m.* Pictum, *quaſi Inunctum dicas, Jer.* 22, 14.
מִמְשַׁח *maſc.* Unctio: *vel metonymicè*, Unctus, *Ezech.* 28, *v.* 14.
מִשְׁחָה *f.* Unctio, *Exod.* 31, 11. Conſtruct. מִשְׁחַת קֹדֶשׁ *Unctionis ſacræ, Exod.* 30, 25.
מָשְׁחָה *f.* Idem: Aff. מָשְׁחָתָם *Unctio eorum*, *Exod.* 40, *v.* 15.
מְשַׁח Chald. *Oleum*, ab Ungendo, quaſi Unguentum dictum, Eſr. 6, 9.

משך Traxit, Extraxit, Protraxit, Protendit: *Conſtruitur cum Accuſat. & Præpoſit.* ל־ב־על *&* ל־. Præterit. מָשַׁךְ בַּקֶּשֶׁת *Traxit arcu, id eſt, jaculatus eſt*, 1. *Reg.* 22, 34. Imper. מְשֹׁךְ חַסְדְּךָ לְיֹדְעֶיךָ *Protende benignitatem tuam erga cognoſcentes te, Pſ.* 36, 11. Niph. Futur. לֹא תִמָּשֵׁךְ *Non protraheretur, Ezech.* 12, 28. Pyh. Particip. עַם מְמֻשָּׁךְ *Populus diſtractus, Jeſ.* 18, 7. Fœm. תּוֹחֶלֶת מְמֻשָּׁכָה *Spes contracta, Prov.* 13, 12.

מֶשֶׁךְ *m.* Tractatus, Tractio ſeu Acquiſitio, *Pſal.*126, 6. *Job.*28, 18. Et adverbialiter, *juxta quosdam,* Protractè, *hoc eſt, Protracto tempore,* Diu, *Pſal.* 120, 6. *Aliàs eſt* Nomen proprium Japheth, *Gen.* 10, 2.

מָשַׁל Dominatus eſt, Dominium habuit vel exercuit, *& ſic conſtruitur cum* עַל *&* בְּ: *Item,* Parabolicè locutus eſt, Parabolis, Proverbiis uſus eſt: Præter. וּמָשַׁלְתָּ בְּגוֹיִם רַבִּים *Et dominaberis gentibus multis, Deut.* 15, 6. Partic. הַמֹּשֵׁל *Quisquis utitur parabola,* Futur. יִמְשֹׁל *Parabolâ utetur, Ezech.* 16, 44. Niph. נִמְשַׁל Comparatus, Similis, Conſimilis factus eſt: Præter. נִמְשַׁל *Similis fit, Pſal.* 49, 13. נִמְשַׁלְתָּ *Similis factus es, Jeſ.*14, 10. וְנִמְשַׁלְתִּי *Et conſimilis fiam, Pſal.* 28, 1. Pih. Particip. מְמַשֵּׁל *Parabolarum artifex, quaſi dicas Proverbificator, Ezech.*20, 49. Hiph. הִמְשִׁיל Dominari, vel Dominatorem fecit: Comparavit, Aſſimilavit: Præter. הִמְשִׁילָם *Dominatores eos faciet, Dan.* 11, 39. Infin. loco Nominis, הַמְשֵׁל וָפַחַד *Dominari & formido, hoc eſt, Dominatus formidabilis, Job.* 25, *v.* 2. Futur. תַּמְשִׁילֵהוּ *Dominatorem conſtituiſti eum, Pſal.* 8, *v.* 7. תַּמְשִׁלוּנִי *Comparabitis me, Jeſa.* 46, 5. Hithp. Futur. אֶתְמַשֵּׁל *Comparabo me, Job.* 30, 19.

מָשָׁל *m.* Similitudo, Parabola, Proverbium, Sententia, *ſcitè graviterq́ dicta & paucis concinnata:* Conſtr. מְשַׁל הַקַּדְמֹנִי *Proverbium antiqui, pro, Antiquorum,* 1.*Sam.*24, 14. Aff. מְשָׁלוֹ *Sententiam ſuam, Numer.*23, *v.* 18. Plural. מְשָׁלִים *Parabolas, Sententias, Eccleſ.* 12. *v.* 9. Conſtr. מִשְׁלֵי שְׁלֹמֹה *Proverbia Salomonis, Prov.* 1, *v.* 1. *Similitudines, Job.* 13, 12.

מִמְשָׁל *m.* Dominatio, *Dan.*11, 3. Plural. מִמְשָׁלִים *Dominationes, Dominatores, Præſides,* 1. *Paral.* 26, 6.

מֶמְשָׁלָה *fæm.* Dominium, Dominatus, Dominatio,

Digitized by Google

Præfectura, Ditio, *Mich.* 4, 8. Conſtr. לְמֶמְשֶׁלֶת הַיּוֹם *Præfecturam vel Dominium diei, Geneſ.* 1, 16. Aff. מֶמְשַׁלְתּוֹ *Dominatus ſui*, 1. *Reg.* 9, 19. Plur. Conſtr. לְמֶמְשְׁלוֹת בַּלָּיְלָה *Ad dominia noctis, Pſal.* 136, 9. Et cum Pathach ab initio, מַמְשְׁלוֹתָיו *Dominorum illius, Pſal.* 114, 2.

משק מֶמְשָׁק *maſc.* Derelictio, Locus derelictus, *qui coli intermiſſus eſt & ſterilis evaſit.* Conſtr. מִמְשַׁק חָרוּל *Locus derelictus urticæ, Soph.* 2, *v.* 9. *Sic Targum* מִשְׁמָט *quod idem.*

מַשָּׁק *Vide in* שקק.

משש Palpavit, Contrectavit: Futurum, וַאֲמֻשְׁךָ *Gen.* 27, 21. *Vide ſuprà in* מוש. יְמֻשֵּׁנִי *Palpabit me, ib.* 12. Pih. Præter. מִשַּׁשְׁתָּ *Contrectaſti, Geneſ.* 31, 37. Partic. מְמַשֵּׁשׁ *Palpans, Deut.* 28, 29. Hiph. Futur. וְיָמֵשׁ *Et palpet, Exod.* 10, 21.

מתג *m.* Frænum, *Prov.* 26, 3. Aff. וּמִתְגִּי *Et frænum meum, Jeſ.* 37, 29.

מתה מְתִים *m. p* Homines: *Nomen generale, ſcribit Kimchi in Comm complectens viros, mulieres & parvulos:* כָּל־עִיר מְתִים *Omnem civitatem hominum, Deut* 3, 6. Conſtr. עִם־מְתֵי שָׁוְא *Cum hominibus mendacibus, Pſ.* 25, 8. Aff. מְתָיו *Hominum ejus, Deut.* 33, 6.

מְתֹם *m.* Homo: מֵעִיר מְתֹם *A civitate hominis, Jud.* 20, *v.* 28. *pro, Ab hominibus civitatis, per Hypallagen.*

מתח Extendit: Futur. וַיִּמְתָּחֵם *Et extendit eos, Jeſ.* 40, 22. *Sic Chaldaicè,* מָתַח דִּינָא *Extendens judicium,* 1. *Sam.* 2, 3.

אַמְתַּחַת *f.* Saccus, *Gen* 44, 2. *Sic dictus, quòd implendo Extendatur:* Aff. אַמְתַּחְתּוֹ *Sacci ſui Gen.* 42, 27. Plur. Conſtr. אַמְתְּחוֹת הָאֲנָשִׁים *Saccos virorum, Gen.* 44, 1. Aff. אַמְתְּחֹתֵינוּ *Saccorum noſtrorum, Gen.* 44, 8.

מָתַי Quando? אַחֲרֵי מָתַי עוֹד *Poſt quando adhuc, id eſt, Poſt quantum adhuc temporis? Jer.* 13, 27. עַד מָתַי Quouſque, Uſquequò? *Pſalm.* 80, 5. לְמָתַי *Ad quando, ecquando. Exod* 8, 9.

מתן מָתְנַיִם *m. d,* Lumbi, *Deuter.* 33, 11. Conſtr. מָתְנֵי־אִישׁ *Lumbis viri, Jer.* 13, 11. Aff. אֵזוֹר מָתְנָיו *Cingulum lumborum ejus, Jeſa.* 11, 5.

מָתַק Dulce, Suave eſſe, Dulceſcere: *Contrarium ipſi* מָרַר. Præterit. מְתָקוֹ רִמָּה *Suavis eſt ipſi vermis. Job.* 24 20. *nempe à vermibus depaſci Nomen fœmininum Verbo maſculino adjungitur, quia de tota ſpecie ſeu utroque ſexu intelligitur:* מָתְקוּ לוֹ *Dulceſcunt ipſi. Job* 21 23 Part. vel nomen potiùs, וּמְתוּקִים מִדְּבַשׁ *Et dulciora melle, Pſal.* 19, 11. Fæm. וּמְתוּקַת שְׁנַת *Dulcis ſomnus operantis, Eccleſ* 5. 11. Futur. מַיִם גְּנוּבִים יִמְתָּקוּ *Aquæ furtivæ ſuaves ſunt, Prov.* 9, 17. Hiph. Futurum, תַּמְתִּיק בְּפִיו *Dulce fuit in ore ipſius, Job.* 20, 12. נַמְתִּיק סוֹד *Dulce reddemus conſilium, Pſal.* 55, 15.

מָתוֹק *m.* Dulcis, Dulce, *Jud.* 14, 14.

מֶתֶק *maſcul.* Dulcedo: Aff. מָתְקִי *Dulcedinem meam, Jud.* 9, 11.

מֶתֶק *m.* Idem, *Prov.* 16, 21.

מַמְתַּקִּים *m. p.* Dulcedines, *Cant.* 5, 16.

נ

נָא Quæsò, Obſecrò, Nunc: *Omne* נָא *in Bibliis idem eſt quod* עַתָּה *ſcribit Aben Eſra, Gen.* 12, 11. *& Num.* 10, 21. *& Arabicè inverſo modo dici* אן. *Chaldæus vertit* כְּעַן *vel* כּדון Nunc, *non tempus, ſed affectum animi denotans. R. Salomon tamen ſcribit, interdum eſſe*

Digitized by Google

לשון בקשה *Obſecrantis, quomodo per Aphæreſin volunt eſſe ab* אָנָּא *quod ſequitur.* Apud Talmudicos, אין נא אלא לשון בקשה *Non eſt vocabulum* נא *niſi obſecrantis, Sanhed. fol. 43, 2. Sic R. Salom, Exod. 11. Semel eſt* Crudum, *non ſatis coctum, Exod. 12, 9.*

אָנָּה Quæsò, Obſecrò: *Sexies ſic ſcriptum reperi, Maſorethæ notant, Pſal. 116, 4.* אָנָּא Idem, *Pſal. 118, 25. Chaldæus hæc reddit* בְּבָעוּ Obſecrò. *Vide amplius in* אָן.

נאד *maſc.* Uter, *Pellis conſuta, quâ liquida deferuntur:* ונאד יַיִן *Et utrem vini, 1. Samuel. 16, 20.* Et cum Vau, אֶת־נֹאוד הֶחָלָב *Et utrem lactis, Jud. 4, 19. unde quidam ad* נוד *referunt, & א loco ו accipiunt:* Aff. בְּנֹאדֶךָ *In utre tuo, Pſal. 56, 9.* Plural. נֹאדוֹת הַיַּיִן *Utres vini, Joſ. 9, 13.*

נאה Pulchrum, Decorum, Amœnum eſſe, Convenire, Conveniens, Decens eſſe, *apud Rabbinos in uſu frequenti*, Præterit. נָאֲוָה *Decora eſt Pſal. 93, 5.* נָאווּ *Decoræ ſunt. Cant. 1, 10.* Particip. לא נָאוֶה *Non eſt conveniens, Prov. 19. 10.* Fœmin. נָאוָה *Decet, Prov. 17, 7. per commutationem tertiæ radicalis* ה *in* ו, *quod & in aliis fit.*

נָוֶה *maſc.* Amœnus, Pulcher: שְׁתוּלָה בְנָוֶה *Plantata in amœno loco, Hoſ. 9, 13.* Fœm. הַנָּוָה וְהַמְּעֻנָּגָה *Speciosa & delicata, Jer. 6, 2. cum* ו *loco* א. Apud Rabbinos, מַאֲמָר נָאֶה Oratio elegans, אִשָּׁה נָאָה Mulier pulchra, נוֹי Pulchritudo. *Poſſunt & ad Niphal Radicis* אוה *referri, ut Pulchra ſic dicantur, quia Deſiderabilia.*

נְאוֹת *f. p. Vide infrà in* נוה.

נאם Dixit: Futur. וַיִּנְאֲמוּ *Et dicunt, Jer. 23, 31. Et* Nomen Partic. Conſtr. נְאֻם Dictum, *Ibid. quod tritum & commune fuit in prophetarum exordiis vocabulum. Per præſens Indicativi*, Dicit, Ait, *vulgò redditur,*

tur, ut Targum per אמר *Dicit. Hinc quidam Hebræorum deducunt illud* Plural. לנאמנים Eloquentibus, Facundis, *Job.* 12, 20. *vide* אמן.

נאף Adulteravit vel Adulteratus eſt: Adulterium commiſit, Mœchatus fuit. Particip. נאף אשה *Adulterans mulierem, Proverb.* 6, 32. Adulter, *Job.* 24, *v.* 15. Fœmin. הנאפת Ipſa adultera, *Lev.* 20, 10. Plur. נאפות *Adulterarum, Ezech.* 36, 18. Infinit. נאף *Adulterando, Jer.* 7, 8. Futur. לא תנאף *Non adulterabis, vel adulterium committes, Exod.* 20, 14. *i. e, Ne ſcortator, ut Ab. Eſra prolixè hoc loco explicat. R. Sal. Jarchi notat, dici tantùm de nupta, ſed refutatur ab Aben Eſra.* Pih. Præt. נאפו *Adulterantur, Exech.* 23, 37. Part vel Nomen participiale, מנאף Adulter, *Jeſ.* 57, 3. Plur. מנאפים *Adulteri, Jeſa.* 23, 10. Fœmin. מנאפת Adultera, *Prov.* 30, 20. Futur. וינאפו *Et adulterati ſunt, Jer.* 29, 23.

נאפים *m. p.* Adulteria, *Ezech.* 23, 43. Aff. נאפיך *Adulteria tua, Jer.* 13, 27.

נאפופים *m. p.* Idem, *Hoſ.* 2, 2. *ex geminatâ tertiâ radicali. ut* נעצוץ *à* נעץ.

נאץ Sprevit, Contempſit, *Proverb.* 5, 12. Fut. ינאץ *Spernet, Proverb.* 15, 5. Pih. נאץ Contempſit, Contemptim irritavit, Provocavit. Infinit. נאץ *Irritando, pro* נאץ 2. *Sam.* 12, 14. Hithp. Part. מנאץ *Irritatur, Jeſa.* 52, 2. *pro* מתנאץ *eſtq; ex Participio Pyhal & Hithpahel compoſitum.*

נאצה. נאצה. נאצה *f.* Irritatio contumelioſa, Contumelia: ונאצה *Et contumelia,* 2. *Reg.* 19, 3. Plural. נאצות *Contumeliæ, Nehem.* 9, 18. Aff. נאצותיך *Irritationes tuas, Ezech.* 35, 12. *ex forma* בקשה.

נאק Gemuit: Præterit. ונאק נאקות *Et gemat gemitibus confoſſorum, Ezech.* 30, 24. Futur. ינאקו

Digitized by Google

Gement, vocem gemebundam edent, Job. 24, 12.

נְאָקָה *fœm.* Gemitus: Conſtr. נַאֲקַת *Gemitum filiorum Iſraël, Exod.* 6, 5. Plur. Conſtr. נַאֲקוֹת *Gemitu confoſſi, Ezech.* 30, 24.

נאר Pih. Deteſtatus eſt, *Thren.* 2, 7. נֵאַרְתָּה *Deteſtatus es, Pſal.* 89, 10, נֵאָרִים *vide in* אָרַר.

נבא Niph. Prophetavit, Prophetam egit, Vaticinatus eſt: *Conſtruitur cum Præpoſitione* אל ל *&* עַל: Præter. נִבֵּית *Prophetaſti Jerem.* 26, 9. *cum* י *loco* א, *&c.* Hithp. Præt. וְהִתְנַבִּיתָ *Ut prophetes,* 1. *Samuel* 10, 6. *in medio cum Chirek, ad formam Verborum in* ה *deſinentium.* Et cum Syncopâ literæ Tau: וְהִנַּבֵּאתִי *Et prophetabo, Ezech.* 37. 10. Infinit. מֵהִתְנַבּוֹת *A prophetando,* 1. *Sam.* 10, 13. *ad formam Verborum in* ה *deſinentium.* Chald, Præterit, הִתְנַבִּי Prophetavit, Eſr. 5, 1.

נָבִיא *m* Propheta: Aff. נְבִיאֶךָ *Propheta tuus. Exod.* 7, 1. *R. Salom hoc loco deducit à* נוב Eloqui, *quaſi* נָבִיא *ſit* Orator, Præco eloquens, *concionem habens ad populum, qui Gallicè dicitur* Predicateur, Prædicator *vulgò. Sed rectè ab Aben Eſra refutatur, qui ſcribit,* א *eſſe radicale, &* נָבִיא *propriè dici eum, cui Deus arcana revelat.* Plural. נְבִיאִים *Prophetæ, Jerem.* 23. 25. Conſtr. נְבִיאֵי *Jerem.* 23, 15. Aff. נביאיו *Prophetarum ejus,* 1. *Reg.* 22. 22. Fæm. נביאה Propheti*ſſ*a, *Exod.* 15, 20. Chald. נְבִיאָה Propheta, Eſr. 5, 1. & 6, 34. Plural. נְבִיאַיָּא Prophetæ, ibid. *In Targum absque* ה *ſcribitur.*

נְבוּאָה *fœm.* Prophetia, *Nehem.* 6, 12. Conſtructum. נְבוּאַת 2. *Par.* 9, 29. Chald. בִּנְבוּאַת In Prophetiâ, Eſr. 7, 4.

* נבב *Unde* נָבוּב *juxta quosdam, quod vide in* בוב.

* נְבִזְבָּה Chald, Vide in בזה.

נבח Latravit: Infin. לא יוכלו לנבח *Non poſſunt latrare, Jeſa.* 56, 10.

נבט Intuitus eſt: Præter. ונבט *Et intuebitur, Jeſ.* 5, 30 *quod aliis ex Pihel, aliis ex Niphal eſt.* Hiph. הביט Idem: Præt. משמים הביט *E cœlis intuetur, Pſal.* 33, 13.

מבט *m.* Exſpectatio, *quaſi Aſpectum vel Reſpectum dicas,* Aff. מבטם *Exſpectatione ſuâ, Jeſ.* 20, 5. מבטנו *Exſpectatio noſtra, Ibid.* 6. Et cum Sægol ab initio, מבטה *Exſpectatio ſua, Zach* 9, 5.

נבל Cecidit, Concidit, Decidit, *& de emarcidis ac flaccidis propriè dicitur: unde &* Emarceſcere, Flacceſcere. *Item,* Stulteſcere, Stultè agere. Præter. נבל ציץ *Decidit flos, Jeſa* 40 8. אם נבלת *Si cecidiſti, Prov.* 30 32. *juxta R. Levi: At Aben Eſra,* Si ſtultè egiſti, *deducta à ſignificatione ex Nomine* נבל Pih נבל Vilipendit, Turpitudine affecit: Præter. ונבלתיך *Et turpitudine afficiam te, Nah.* 3, 6. Particip. מנבל *Turpitudine afficit Mich.* 7, 6. Fut. וינבל *Et vilipendit, Deut.* 32, 15. תנבל *Vilipendito, Jer.* 14 21. Hiph. Futur. irregulare, ונבל *Et decidimus vel diffluimus, Jeſ.* 64, 6, *pro* ונבל *cui ſimile vide infrà in* נזר.

נבל *m.* Stultus, Flagitioſus, *Cui ratio & mens Concidit, ut ſtultè vel turpiter agat* Plur. הנבלים *Stulti,* 2. *Sam.* 13, *v.* 13. Fœm. אחת הנבלות *Una ſtultarum, Job,* 2, *v.* 10.

נבלה *f.* Stultitia, Flagitium, Fœditas, *Gen.* 34, 7.

נבלות *f.* Idem: נבלתה *Fœditatem vel ſtultitiam ejus, Hoſ.* 2, 10.

נבלה *f.* Cadaver, *quaſi Caducum aut Deciduum dicas, & dicitur tam de hominis quàm beſtiæ cadavere Lev.* 22, 8. Conſtr. נבלת 1. *Reg.* 13, 29. Aff. נבלתו *Cadaver ejus, Deut.* 21, 23. נבלתי *Cadaver meum, Jeſ.* 26, 19.

by Google

נֵבֶל *m.* Uter: Lagena, *Jerem.* 13, 12.

נֶבֶל *m.* Idem, *Jeſa.* 30, 14. *Item*, Nablium, *inſtrumentum muſicum*; *Judæi Germani* Panduram *interpretantur. Vide Aben Eſram, Jeſa.* 5, 12. *& Pſalm.* 105, *verſ.* 3. Plural. נְבָלִים *Nablis, Paralip.* 15, *v.* 16. Conſtr. נִבְלֵי שָׁמַיִם *Utres cæli, hoc eſt, Nubes velut in utres digeſtæ, Job* 38, *verſ.* 37. לְנִבְלֵי *Pro utribus, Thren.* 4, 2. Affix. וְנִבְלֵיהֶם *Et utres eorum, Jer.* 48, 12.

מַבּוּל *m.* Diluvium, *ſic dictum. quòd omnia fecerit Concidere, Gen.* 9, 11.

בּוּל *m.* Bul, *menſis octavi nomen, qui Octobri noſtro reſpondet, ſic dictus, quòd tunc terræ naſcentia tanquam emarcida Concidant,* 2. *Regum* 6, 38. *Kimchi ſcribit, Jer.* 3, *v.* 3. ברוב הזמנים רוב המטר יורד במרחשון לפיכך נקרא ירח בול מענין מבול Utplurimùm multa pluvia decidit in Octobri, idcircò vocatur menſis Bul ex ſignificatione Mabbul. *Aliam ſignificationem vide in* יבל.

נָבַע Scaturivit, Eructavit, *ac de Fontibus propriè dicitur, aquam eructantibus.* Particip. נַחַל נֹבֵעַ *Torrens eructans, Proverb.* 18, *verſ.* 4. Hiph. Futur. אַבִּיעָה *Eructabo, hoc eſt, more ſcaturiginis proferam vel effundam, Proverb.* 1, *v.* 23. *& ſic ferè ſemper hic ſumitur.*

מַבּוּעַ *m.* Scatebra, Scaturigo, *Ecclef.* 12, 6. Plur. Conſtr. מַבּוּעֵי מַיִם *Scaturigines aquarum, Jeſa.* 49, 10.

נֶבְרְשָׁב *f.* Chald. *Lychnuchus. Lucerna*: Emphaticè: נֶבְרַשְׁתָּא Dan. 5, 5. *Sic pro Hebræo* בַּנֵּרוֹת *In Targum dicitur,* בִּנְבְרְשָׁתָא *Lucernis, Soph.* 1, 12. *Rabbini dicunt* נִבְרֶשֶׁת. *R. Saadias ſcribit:* נֶבְרַשְׁתָּא *dicitur, quaſi* נֵר בַּר שַׁתָּא *Lychnuchus filius anni, id eſt, per totum annum ardens.*

נגב

נגב *m.* Auſter, Meridies, Tractus meridianus, Plaga auſtralis, 1. *Sam.* 27, 10. נֶגְבָּה *Ad plagam auſtralem, In meridianum tractum, Gen.* 13, 1. *R. Bechai ſcribit:* נֶגֶב *vocatur,* שֶׁאוֹתוֹ רוּחַ נָגוּב וְיָבֵשׁ quòd iſte ventus ſit ſiccus & aridus; *propter intenſum calorem ſolis:* נגב Aridum eſſe, Exareſcere, *in Targum, & apud Rabb. Vide & Ab. Eſram, Gen.* 12, 9.

נגד Coram, Contra, Ante, E regione, Ex adverſo: לְנֶגֶד *Coram,* 2. *Regum* 1, 13. *Ex adverſo, Contra, Prov.* 21, 30. מִנֶּגֶד *E regione, Geneſ.* 21, 16. *Ex adverſo,* 2. *Sam.* 18, 13. נֶגְדָּה *Coram, Pſal.* 116, 14. uum Aff. נֶגְדּוֹ *Ex adverſo ſui, Joſ.* 6, 5. *Coram eo, Jeſa.* 40, 17. כְּנֶגְדּוֹ *Secundùm coram ipſum, Quaſi juxta correſpondentiam ejus, Ipſi tanquam alter-ipſe, ac naturali ſpecie ac formà conveniens, Aſtans ei, Gen.* 2, 8. לְנֶגְדּוֹ *Ex adverſo ejus, Joſ.* 5, 13. Chald. נֶגֶד Ex adverſo, Dan. 6, 11.

נגד Chald *Traxit ſe, Manavit, Profluxit*: Inde Particip. נָגֵד Trahens ſe, manans, Dan. 7, 10.

הִגִּיד Hiph. Nunciavit, Annuntiavit, Renunciavit, Indicavit, Expoſuit, Narravit, Enarravit, Retulit; *nempe Coram*: Præt הִגִּיד לוֹ *Indicavit ei, Gen.* 21, 20. Hoph Præt. הֻגַּד *Nunciatum eſt,* 1. *Sam.* 23, 13. Infin. הֻגֵּד *Nunciando, Joſ.* 9, 24. Fut. וַיֻּגַּד *Et nunciatum eſt, Gen.* 22, 20.

נָגִיד *maſc.* Anteceſſor, Antiſtes, Dux, Præſul, Princeps, 2. *Sam.* 7, 8. Conſt. נְגִיד עַמִּי *Ducem populi mei,* 2. *Reg.* 20, 5. Plural. נְגִידִים אֲדַבֵּר *Anteceſſorum ſeu principum, ſcil. verba, eloquar, hoc eſt, Præſtantia, principibus digna, quaſi Principalia dicas, Prov.* 8, 6. *cui ſimilem locutionem vide Prov.* 22, 20.

נגה Splenduit, *Jeſ* 9, 2. Fut. יִגַּהּ *Splendebit, Job,* 18, 5. Hiph. Futurum, יַגִּיהַּ אוֹרוֹ *Splendeſcere faciet,*

Splendi-

Splendidam edet lucem ſuam, Jeſa 13, *verſ.* 10.

נֹגַהּ *f.* Splendor, *Jeſa.* 50, 10. Aff. נָגְהָם *Splendorem ſuum, Joël.*2, 10. Plural. נְגֹהוֹת *Splendores, Jeſa* 59, 9. Chald. בְּנָגְהָא Cum luce, Dan. 6, 29.

נגח Feriit, Petiit, Impetiit cornibus: Futur. וְכִי־יִגַּח *Et cornu-ferierit, Exod* 21, 28. Pih. Part. מְנַגֵּחַ *Cornu-petens, Dan.* 8, 4. Fut. יְנַגַּח *Cornu feriet, Deut.* 33, 17. תְּנַגַּח *Feries.* 1. *Reg.* 22, 11. Hithp. Fut. יִתְנַגַּח *Confliget, Dan.* 11, 40.

נַגָּח *maſc.* Petulcus, Cornupeta; שׁוֹר נַגָּח *Bos petulcus, Exod.* 21, 29.

נגן Pulſavit, *ſcil. Inſtrumentum muſicum.* Nomen participiale Plur. נֹגְנִים Pulſatores, Fidicines, *Pſal.* 68, 26. Pih. Partic. מְנַגֵּן *Pulſans,* 1. *Sam.* 16, 16. Infinitiv. נַגֵּן *Pulſare,* 1. *Sam.* 16, 18.

נְגִינָה *f.* Pulſatio fidium, Pulſatio muſica, Modulatio: Conſtr. *pro abſoluto,* עַל־נְגִינַת *Super pulſationem, vel, In pulſatione fidium, Pſal* 61, 1. Aff. נְגִינָתִי *Pulſationis muſicæ meæ, Pſalm.* 77, 7. נְגִינָתָם *Modulatio eorum, Thren* 3, 14 מִנְּגִינָתָם *A pulſatione ſua, Thren* 5, 14 Plural. וּנְגִינוֹת *Et pulſationes, odas lyricas, Pſal.* 69, 13. בִּנְגִינוֹת *In pulſationibus ſive pulſatilibus inſtrumentis, Pſal* 4, 1. Aff. בִּנְגִינוֹתָי *In pulſationibus meis, hoc eſt, In fidibus ſive pulſatilibus inſtrumentis, Hab.* 3, 19.

מַנְגִּינָה *f.* Idem: אֲנִי מַנְגִּינָתָם *Ego ſum modulatio ipſorum, Thren.* 3, 63.

נגע Tetigit, Attigit, Pertigit: Læſit, Percuſſit, Plagis affecit: *Conſtruitur cum Accuſativo, item Præpoſ.* עַל ,אֶל *& cum* ב. Præter. נָגַע בְּכַף־יֶרֶךְ *Tetigit acetabulum femoris, Gen* 32, 32. נָגַע עַד־לִבֵּךְ *Pertingit in cor tuum. Jer.* 4, 18. Niph. Fut. וַיִּנָּגְעוּ *Et finxerunt-ſe, percuſſos, ſeu plagâ-affectos, Joſ.* 8, 15. Pih. Futur.

וינגע

וַיְנַגַּע *Et percuſſit vel Plagâ affecit*, 2. *Reg.* 15, 5. Pyh. Futur. יְנֻגָּעוּ *Plagis afficiuntur*, *Pſ.* 73, 5. Hiph. הִגִּיעַ Pertingere fecit, Admovit, Conjunxit: Deturbavit. Dejecit: *Et intranſitivè*, Pervenit, Obvenit, Obtigit, Pertigit. Præter. הִגִּיעַ *Provenire fecit, ſeu Deturbavit*, *Jeſ.* 25, 12. Partic. מַגִּיעַ *Pertingebat*, *Geneſ.* 28, 12. Plural. Conſtr. מַגִּיעֵי *Conjungentibus*, *Jeſ.* 5. 8. Infin. וּבְהַגִּיעַ *Et cùm perveniſſet*, *Eſth.* 2, 12. Fut. יַגִּיעַ *Pertinget*, *Jeſ.* 8, 8. וַיַּגַּע *Et admovit*, *Jeſ.* 6, 7.

נֶגַע *m* Plaga, *Exod.* 11, 1. Aff. נִגְעוֹ *Plaga ejus*, *Levit.* 13, 44 Plur. נְגָעִים *Plagæ*, *Gen* 12, 17. Conſtr. וּבְנִגְעֵי *Et plagis hominum*, 2. *Sam.* 7, 14.

נגף Cæcidit, Percuſſit, Verberavit, Plagâ affecit: *Item*, Offendit, Impegit. Præterit. וְנָגַף *Et Plagis afficiet Dominus Ægyptum* נָגוֹף *percutiendo & ſanando*, *Jeſa.* 19, 22. Futur. וְרַגְלְךָ לֹא תִגּוֹף *Et pedem tuum non offendes*, *Prov* 3, 23. Niph. Præter. נִגַּף *Cæſus, Plagâ affectus fuit*, 2. *Sam.* 10. *v.* 15. Hithp. Futur. יִתְנַגְּפוּ *Lædant ſe vel Lædantur, Offendantur*, *Jerem.* 13, 16.

נֶגֶף *m.* Plaga, *Jeſ.* 22, 17.

מַגֵּפָה *f.* Idem: 2. *Sam* 17, 9. Conſtr. מַגֵּפַת הַסּוּס *Plaga equorum*, *Zach.* 14, 15. Aff. מַגֵּפֹתַי *Plagas meas*, *Exod.* 9, 14.

נגר Niph. נִגַּר Defluxit, Diffluxit, Diffudit vel Effudit ſe, Perfuſus fuit: Præter. נִגְּרָה יָדִי *Perfuſa manus mea*, *Pſal.* 77, 3. Partic. Plur. נִגָּרִים *Defluentes*, 2 *Sam.* 14. 14. Fœm. נִגָּרוֹת *Defluunt* *Job.* 20, 28. Hiph. הִגִּיר Diffluere fecit, Fudit; Præter. וְהִגַּרְתִּי *Et faciam ut diffluant* *Mich.* 1, 6. Imper. וְהַגִּרֵם *Fac ut diffluant*, *Jer.* 8, 21. Futur. וַיַּגֵּר *Et fudit*, *Pſ* 75, 9. Hoph. Partic. כְּמַיִם מֻגָּרִים *Sicut aquæ profuſæ*, *Mich.* 1, 4.

נגר Fluxus, Alveus, *juxta Aben Eſram*, *Job.* 28, 4. *Juxta alios*

Digitized by Google

alios eſt Partic. à גור. Accola, Peregrinans, Habitans.

ענן Niph. נֶעְגַן Morari, Differre, Detineri. Futurum, תֵּעָגֵנָה *Retardabitis vos ipſas, Morabimini, Differetis, Ruth. 1, 13. pro* תֵּעָגֵנְנָה *Hinc apud priſcos Hebræos* עוֹגֵן *vel* עִגּוּן Anchora, *ſic dicta, quòd navem Remoratur, ad quam ſignificationem probandam adducitur hic locus & libro Ruth, apud Talmudicos in Bava Bathrá cap. 5. in principio. In Targum* וְיַעֲגוּנוּנוּן לְבֵית עֲגָנַת *Et detinebant eos in domo detentionis ſive carceris, Jeſa. 24, 22.* וּבְבָתֵּי יְסוּרִין עֲגִנִיחוֹן *Et in carceribus detinentur illi, Jeſa. 43, 22. ubi meliùs fortaſſe legi poſſet* עֲגִינִינוּן*: pro* עֲגִנִין אִנּוּן *per compoſitionem tertiæ perſonæ Pronominis cum Participio, cujus tamen alia exempla hactenus mihi non occurrerunt.*

ענר עָגוּר Hiruudo, *juxta R. Sal. Jeſ. 38, 14. Jerem. 8, 7. Aliis,* Grus, Ardea.

עדד Pih. עוֹדֵד Statuminavit. Partic. מְעוֹדֵד עֲנָוִים *Statuminans manſuetos, Pſal. 147, 6.* Fut. יְעוֹדֵד *Statuminabit, Pſal. 146, 9.* Hithp Futur. נִתְעוֹדָד *Et erecti conſiſtimus, Pſal. 20, 9. q. d. ſtatuminati.*

עדה Ornavit, *ſe vel alium: Et ex ſignificatione Chaldaica,* Tranſivit: Præterit. עָדָה עָלָיו *Tranſivit per eam, Job. 28, 8.* וְעָדִית עֲדִי *Et ornas te ornatu, Ezech. 23, 40.* Imper. עֲדֵה *Orna te, Job 40. v. 10.* Futur. וָאַעְדֵּךְ *Et ornavi te, Ezech. 16, v. 11.* תַּעְדֶּה *Quæ ornat ſe, Jeſ. 61, 10. unde per Apocopam* וַתַּעַד *Et ornavit ſe, Hoſ. 2, 14.* Chaldaice, *Tranſivit, Diſceſſit, Præteriit:* Præter. Fœmin. עֲדָת מִנָּךְ Tranſit, Diſcedit à te, Daniel. 4, 28. Futur יֶעְדֵּה Præt. Daniel. 7, v. 14. Et in א tertia fœmin. לָא תֶעְדֵּא Non tranſit, Intercidit, Dan. 6, 8. Hiph. Partic. מַעֲדֶה־בֶּגֶד *Ornans ſe veſte, juxta quoſdam; vel, Tranſire faciens,*

ciens, Removens, ut Chaldæus & Aben Eſra interpretantur, Prov. 25, 20. Chald. *Tranſire fecit, Amovit, Tranſtulit, Abſtulit* : Præter העדיו מנה Amoverunt ab eo, Daniel. 5, 20. Particip. מהעדה Transfert, Daniel. 2, verſ. 21. Futurum, יהעדון Transferent, Dan. 7, 26.

עדי *m.* Ornatus, Ornamentum : *Item*, Os, oris, *In pauſa eſt cum Sægol* : ואעדך עדי *Et ornavi te ornamento, Ezech.* 16, 11. ותבאי בעדי עדיים *Et perveniſti in ornatum ornamentorum, Ezech.* 16, 7. *id eſt, ad ſummum ornatum* : כעדי תלבשי *Tanquam ornamento veſtieris, Jeſ.* 49, 18. Aff. עדיו *Os ejus, Pſal.* 32, 9. *Ornamentum ſuum, Exod.* 33, 4. עדיך *Os tuum, Pſ.* 103, 5. Plur. עדים *ut antè.*

עדים *m.p.* Remotiones : *Res inquinatæ & abominabiles, quæ Removentur & abjiciuntur* : וכבגד עדים *Et ſicut pannus remotionum, Jeſ.* 64, 5. *id eſt, abjectiſſimus, vulgò* Pannus menſtruatus, *is enim abjici ſolet ; Significationem hanc habet juxta Chaldæum & R. Salom. ſed formam à defectivis, quaſi ab* עדד.

עדות Ornamentum regium, 2. *Reg.* 11, 12. *Aliam ſignificationem vide in* עוד.

עד Uſque, Uſque ad, Donec, Dum, Adhuc, *ac notatur eo, tam loci, quàm temporis quidam Tranſitus* : עד עולם *Uſque in ſeculum, Pſal.* 18, 51. עד־מקום *Uſque ad locum Sechem, Gen.* 12, 6. עד־חיותי *Uſque eſſe me, Jon.* 4, 2. *id eſt, Adhuc exiſtente me, cùm adhuc eſſem* : עד־זה מדבר *Adhuc iſto loquente, Job.* 1, *verſ.* 18. עד תמתון *Donec moriamini, Jeſa.* 22, 14. Adjunguntur ipſi & aliæ particulæ : עד כי־יבא *Donec veniat, Geneſ.* 49, 10. עד־אם *Idem, Jeſa.* 30, 17. עד אשר־נעבר *Donec tranſeamus, Num.* 20, 17. עד־מה *vel* עד־מה *Uſquequò?* עד־מתי *Idem,* עד אן *Quouſque?* עד־כה *Hucuſque, Eouſque* : עד־הנה *Hucuſq.* : *unde*

Digitized by Google

contractum, עֲדָנָה, *quod in* חַן *poſitum* : עַד־עַתָּה *Uſque nunc, Uſque adhuc, Gen.* 32, 4. עַד מְאֹד *Uſque valdè*, עַד מְהֵרָה *Uſque citò, Quàm maximè, Quàm celerrimè*. Admittit etiam formam quaſi numeri pluralis conſtructi עֲדֵי, cui etiam Affixa Pronomina junguntur, עָדַי *Uſque ad me*, עֲדֵיכֶם *Ad vos, ubi irregulariter eſt Kametz, quaſi ex forma Quieſcentium ſecundâ, cum tamen pronomen* כֶם *ſemper formæ conſtructæ, quæ hìc eſt* עֲדֵי*, adjungatur* : עָדֶיהָ *Ad eam* ; עָדֶיךָ *Uſque ad te*. Cum ב compoſitum *eſt*, Pro, Propter, Per. Circa, *idem quod* בִּגְלַל, *ut probat R. Sal. Gen.* 7, 16. בְּעַד רָעָתָם *Propter malum ipſorum, Jer.* 11, 14. בְּעַד הָעָם הַזֶּה *Pro populo iſto, Ibid.* בְּעַד הַחַלּוֹן *Per feneſtram, Geneſ.* 26, 8. בְּעַד מְעָרוֹת מִבְּעַד *In ſpeluncas, Pro ſpeluncis, Jeſa.* 32, 14. *Inter, Intra, Circa, Cant.* 4, 3. Aff. וַיִּסְגֹּר יְהוָה בַּעֲדוֹ *Et occluſit Dominus pro eo, Gen.* 7, 17. *Et occludes oſtium*, בַּעֲדֵךְ וּבְעַד־בָּנַיִךְ *Pro te & pro filiis tuis*, 2. *Reg.* 4, 4. בַּעֲדִי *Pro vel circa me, &c*. Chald. עַד Uſque ad, Eſr. 7, 22. עַד דִּי Uſquedum, Dan. 2, 9. עַד מִנִּי Donec à me. Eſr. 4, 21. עַד כָּה Huc uſque. Dan 7, 28.

עַד · עַד Æternitas, Seculum : עֲדֵי עַד *Uſque in ſeculum, Jeſ.* 26, 4. שֹׁכֵן עַד *Inhabitans æternitatem, Jeſ.* 57, 15. מִנִּי־עַד *A ſeculo, Job.* 20, 4 לָעַד *In ſeculum, Jeſ* 64, 9. עוֹלָם וָעֶד *In ſeculum & æternitatem, Pſ.* 10, 16. Kimchi in ſuo Michlol notat, cum Sægol ſemper & tantùm ſcribi poſt עוֹלָם *vel* לְעוֹלָם. Semel וָעַד *Exod.* 15, 18. *Aben Eſra ibi notat*, לְעֹלָם וָעֶד *eſſe conciſam locutionem pro* לְעוֹלָם וְעַד עוֹלָם.

עַד Præda, *vide in* עוּד.

עדן Hithp הִתְעַדֵּן Oblectare ſe : Futur. וַיִּתְעַדְּנוּ *Et oblectarunt ſe, Neh.* 9, 25.

עֶדְנָה *f.* Oblectatio, Voluptas, *Gen.* 18. 12.

עֲדִינָה, *f.* Voluptuaria, Delicata, *Jeſ.* 47, 8.

עֲדִינוֹ *Aliis eſt Proprium nomen viri,* Hadino: *Aliis eſt appellativū.* Voluptas ejus, Volupe ipſi, 1.*Sam.*23, 8.

עֵדֶן *m.* Voluptas Oblectatio Deliciæ, Deliciarum locus. *Inde ſingulariter ſumitur pro nomine proprio Regionis amœniſſimæ, in qua fuit hortus ille, quem* Paradiſum *vocant, Geneſ.* 2, 8. 10. Eſt & proprium nomen viri, 2.*Par.*29, 12. Quater etiam cum duplici Sægol ſcribitur, *ut Ezech.*27, 23. Plur. עֲדָנִים *Deliciæ,* 2.*Sam.*1, 24. Aff. וְנַחַל עֲדָנֶיךָ *Et torrente deliciarum tuarum, Pſ.* 36. *v.* 9. מֵעֲדָנָי *Ex deliciis meis, Jer.* 51, 34.

מַעֲדַנִּים *m. p.* Idem, *Prov* 29, 17 לַמַּעֲדַנִּים *In deliciis, Thren.* 4, 5. Conſtr מַעֲדַנֵּי־מֶלֶךְ *Delicias regis, Geneſ.* 49, 20. Fœm. מַעֲדַנּוֹת כִּימָה *Delicias plejadum, Job.* 38, 31. *juxta Aben Eſram, & R. Levi Gerſon. Priſci Hebræi* Faſciculos, Ligamina *expoſuerunt: unde* נקיט תרי מעדני אסא Accepit duos faſciculos myrti, *Schabbath, fol.* 33. *col.* 2. ראשי מעדנים שלהן כשרין Summitates faſciculorum ipſorum rectæ ſunt, *Succa fol* 13, 2. חמתיר ראשי מעדנים Diſſolvens capita nodorum, *Kelim cap.* 20 *Gloſſæ ubique exponunt* קשורים Vincula Nodi Ligamina. *Sic & quidam interpretantur illud* וַיֵּלֶךְ אֵלָיו אֲגַג מַעֲדַנֹּת *Et ivit ad ipſum Agag cum vinculis,* 1. *Sam.* 15, 32. *ſubaudita Præpoſitione* ב: *Vide Kimchium.*

עִדָּן Chald. *Tempus: Emph.* עִדָּנָא Dan. 2, 8. בְּעִדָּנָא In tempore, Dan. 3, 5. Plural. עִדָּנִין Tempora, Dan. 4, 13. vel עִדָּנַיָּא Dan. 2, 21. *Talmudici dicunt* אידנא *& ſæpè has duas gutturales commutant.*

עָדַף Redundavit, Abundavit Superfuit, Superfluum fuit: Partic. הָעֹדֵף *Quod ſuperfluum eſt, Exod.* 26, 12. Plural. הָעֹדְפִים *Qui redundant Num.* 3, 46. Fœmin. הָעֹדֶפֶת *Quod ſuperfluum erit, Exod.* 26, 12. Hiph. Præter. הֶעְדִּיף *Abundavit, Exod.* 16, 18.

Digitized by Google

עָדַר Ordinavit, Influxit, Diſpoſuit, *ſcil. aciem militarem.* Particip. Plural. Conſtructum, עֹדְרֵי מַעֲרָכָה *Diſponentes vel ſervantes aciem, 1. Paral. 12, v. 38,* Infinitiv. וְלַעֲדֹר *Et ad aciem ſervandam vel diſponendam, 1. Paral. 12, v. 33.* Niph. נֶעְדַּר Deeſſe, Deſiderari. *Item* Sarriri, Reſarriri, Paſtinari: Præteritum, וְלֹא נֶעְדַּר לָהֶם *Et non defuit eis, 1. Sam. 30, verſ. 19.* לֹא נֶעְדָּרָה *Non defuit, Jeſa. 34, verſ. 16.* Particip. Fœmin. נֶעְדֶּרֶת *Deficiens vel Deeſſe facta, Sublata, Jeſa. 59, v. 15.* Futurum, יֵעָדֵר *Reſarrietur, Jeſa. 5, 6.* יֵעָדֵרוּן *Sarrientur, Jeſa. 7, 27.* Pih. Futurum, יְעַדְּרוּ *Deeſſe vel Deſiderari ſinebant, 1. Reg. 4, 27,*

עֵדֶר *maſcul.* Grex, *tam minor quàm major animantium, Gen. 32, 16.* Aff. עֶדְרוֹ *Gregem ſuum, Jeſ. 40, 11.* Plur. עֲדָרִים *Greges, Jeſa. 32, 14.* Conſtr. עֶדְרֵי צֹאן *Greges pecorum, Gen. 29, 2.* Aff. וְעֶדְרֵיהֶם *Et greges eorum, Jer. 6, 3.*

מַעְדֵּר *m.* Sarculus vel Sarculum: בַּמַּעְדֵּר יֵעָדֵרוּן *Cum ſarculo ſarrientur, Jeſ. 7, 25.*

עָדָשׁ *maſc.* Lens, Plur. וּנְזִיד עֲדָשִׁים *Et juſculum è lentibus, Gen. 25, 34.* וַעֲדָשִׁים *Et lentes, 2. Sam. 17, 28.*

עוּב Hiph. הֵעִיב Obnubilavit. *Affine eſt Verbo* עָבָה *Denſum eſſe.* Fut. יָעִיב *Obnubilabit, Denſâ nube obteget, Thren. 2, 1.*

עָב *f.* Nubes denſa, *1. Reg 18, 44.* כְּעָב *Ut denſa nubes, Jeſ. 44, 22.* Plur. עָבִים *maſc. Nubes, Job 22, 14.* בֶּעָבִים *In ipſas nubes, Jer. 4, 29. id eſt, loco præalta nubium, hyperbolicè juxta Kimchium: aut, In denſitates, hoc eſt, denſas ſylvas, juxta R. Salomonem, quaſi ab* עֲבִי. Conſtr. עָבֵי שְׁחָקִים *Nubes cælorum, Pſalm. 18, 12.* Fœm. עָבוֹת *Nubes denſæ, Pſal. 77, 18. 2. Sam. 23, 4.*

In

In Bereſchit rabba, Paraſcha 13. *legitur :* Quinque nominibus vocatur nubes, עָב · אֵד · עָנָן · נְשִׂיאִים · חָזִיז Primum עָב ſic dicitur שהוא מעבב את פני הרקיע, quia obnubilat faciem firmamenti. *Reliqua vide ſuis locis.*

עוּג Placentas coxit vel paravit, *quaſi Placentare dicas :* Fut. תְּעֻגֶנָּה *Placentabis iſtam, hoc eſt, Parabis ſive coques placentam iſtam, Ezech.* 4, 12.

עֻגָה עֻגַת עוּגָה *fœm.* Placenta, *propriè Carbonibus toſta*, 1. *Reg.* 17, 13. *Hoſ.*7, 8. Conſtr. עֻגַת רְצָפִים *Placenta carbonum,* 1. *Reg.* 19, 16. Plural. עֻגוֹת *Placentæ, Gen.* 18, 6.

מָעוֹג *m.* Idem, *vel juxta R. Sal.* Panis, Cibus, 1. *Reg.* 17, 2. *& ſic* לַעֲגֵי מָעוֹג *Sanniones placentæ vel cibi, Pſ.* 35, 16. *id eſt, Paraſiti, qui gulæ causâ aliis adulantur : Juxta alios, Sanniones facetiæ.*

עוּד Pih. Diſpoliavit, Prædatus eſt : Præt. עִוְּדוּנִי *Diſpoliaverunt me, Pſal.* 119, 61.

עַד *m.* Spolium, Præda, *Geneſ.* 49, 27. לָעַד *Ad prædam, Soph.*3, 8. Conſtr. עַד שָׁלָל *Præda ſpolii, Jeſ.*33, 22. *nec ſæpiùs hac ſignificatione occurrit. Quidam ab* עָדָה *deducunt, quaſi Remotionem vel Rem amotam dicas.*

עוּד Hiph. הֵעִיד Teſtatus, Teſtificatus, Conteſtatus eſt *Sæpius conſtruitur cum* ב : Præter. הָעֵד הֵעִיד בָּנוּ הָאִישׁ *Conteſtando conteſtatus eſt nos vir ille, Gen.*43, 3, הַעֵדֹתָה בָּנוּ *Conteſtatus es nos, Exod.* 19, 23. Hoph. Præt. וְהוּעַד בִּבְעָלָיו *Teſtibus adhibitis denunciatum fuit domino ejus, Exod.* 21, 29.

עֵד *m.* Teſtis: *Deut.*17, 6. *Et interdum,* Teſtimonium, *ut Gen.*31, 47. *Exod.*20, 16. Aff. עֵדִי *Teſtis meus, Job.*16, 19. Plur. עֵדִים *Teſtes, Deut* 19, 15. Conſtr. cum י in medio, עֵדֵי שֶׁקֶר *Teſtes falſi, Pſal,* 27, 12. Aff. עֵדֶיךָ *Teſtes tuos, Job.* 10, 17. עֵדַי *Teſtes mei, Jeſ.* 43, 10.

Digitized by Google

עדה *f.* Teſtis, *fœmininè* Teſtimonium, וְעֵדָה הַמַּצֵּבָה *Et teſtis hæc ſtatua, Gen.* 31, 52. לְעֵדָה *In teſtimonium, Gen.* 21, 30. *vide* יָעַר Plur. עֵדוֹת *Teſtimonia, Deut.*4. *v.*45. Aff. עֵדֹתָיו *Teſtimonia ejus, Pſal.* 119, 2. Et cum Affixo ſingulari, וְעֵדֹתִי *Et teſtimonia meum, id eſt, Temonia mea ſingula, eorum unumquodque, Pſ.* 132, 12.

עדות *f.* Idem, *Pſ.* 19,8. בְּאֹהֶל הָעֵדֻת *In tabernaculo teſtimonii, Num.* 1 , 7. אֶת הַנֵּזֶר וְאֶת הָעֵדוּת *Coronam & teſtimonium,* 2. *Reg* 11, 12. *id eſt librum Legis juxta Deut.* 17, 18. *Kimchi & R. Levi.* Plur. cum ו mobili & Aff. עֵדְוֹתָיו *Teſtimonia ejus,* 2. *Reg.* 17, 15. עֵדְוֹתֶיךָ *Teſtimoniorum tuorum, Pſal.* 119, 14. *vide Maſoram ad iſta loca.*

תעודה *f.* Teſtimonium. *Jeſ.* 8, 16.

עוד Adhuc, Amplius, Deinceps: בְּעוֹד *In adhuc; Intra, Quum adhuc, Dum adhuc, Tantiſperdum*: Bis abſque ו ſcribitur, בְּעֹד *Tantiſperdum, Pſal.* 39, 2. בְּעֹד *Dum adhuc, Jer.* 15, 9. כָּל־עוֹד *Quamdiu, Job.* 27,3. עוֹדֶנּוּ *Adhuc ille, Gen* 18, 22. עוֹדְךָ *Adhuc tu,* מֵעוֹדְךָ *Ex quo tu*: בְּעוֹדִי *Quum adhuc ego, ſcil. ſuperſum, Quamdiu ſuperſtes futurus ſum*: מֵעוֹדִי *Ex quo die vel tempore ſum, Quamdiu ſuperſtes ſum vel fui*: מֵעוֹדֶנִּי חַי *Tantiſper dum ego vixero,* 1. *Sam.* 20, 14. *vel* בְּעוֹדֶנִּי חַי *Deut.* 31, 27. הַעוֹדָם חַיִּים *An adhuc ipſi vivi ſint, Exod.*4,18. עוֹדֵינָה *Adhuc nobis ſcil. ſuperſtitibus, Thren.* 4, 17. *pro* נוּ Chald. עוֹד Adhuc, Dan. 4, 28.

עוה Iniquè, Perverſè egit: Præt. וְעָוִינוּ *Et perverſè egimus, Dan.* 9, 5. עָוְתָה *Perverſè egit, Eſth.* 1. *v.* 16. Niph. נַעֲוָה Perverti, Diſtorqueri, Contorqueri. Præt. נַעֲוֵיתִי *Contorqueor, Jeſ.* 21, 8. Part. Conſtr. נַעֲוֵה־לֵב *Perverſus animo, Prov.* 12, 8. Fœm. Conſtr. בֶּן־נַעֲוַת הַמַּרְדּוּת *Fili perverſæ rebellione,* 1. *Sam.* 20. *v.* 30. Pih. Præt. וְעִוָּה *Et pervertet, Jeſ.* 24, 1. Pyh. Partic, מְעֻוָּת *Perverſum, Eccleſ.* 1, 15. *Ex* Hiph. Præt.

הֶעֱוָה *Iniquè egit*, 2. *Sam.* 19, 19. הֶעֱוֵיתִי *Iniquè feci*, 2. *Sam.* 24, 17. הֶעֱווּ *Perverterunt*, *Jer.* 3, 21. הֶעֱוִינוּ *Iniquè fecimus*, *Pſal.* 106, 6. Infinit. הַעֲוֵה *Perverſè agendo*, *Jerem.* 9, 5. בְּהַעֲוֺתוֹ *Quum perverſè egerit*, 2. *Sam.* 7, 17.

עַוָּה *f.* Perverſitas: Perverſa, *Ezech.* 21, 27.

עִוְעִים *m.p.* Perverſitates, *Jeſ.* 19, 14. *ex geminata primâ radicali: Chaldæus*, רוּחַ דִּטְעוּ *Spiritum erroris. R. Sal. inquit*, שם חולי של טירוף הדעת *eſſe nomen morbi abreptæ mentis. Aben Eſra ſcribit, eſſe Vocem irregularem ab* עָוָה.

עֲוָיָה *f.* Chald. *Iniquitas*: unde plur. וַעֲוָיָתָךְ Et iniquitates tuas, Dan. 4 24.

עָוֺן *m.* Perverſitas, Iniquitas: Conſtr. עֲוֺן 1. *Par.* 21, 8. *atque ſic quater cum duplici* ו *ſcribitur, aliàs ſemper cum unicô*: Aff. עֲוֺנוֹ *Iniquitatem ſuam*, *Pſ.* 36, 2. Aff. בַּעֲוֺנֶךָ *Propter iniquitatem tuam*, *Hoſ.* 14, 2. Plural. עֲוֺנִים Cum Aff. עֲוֺנֶיךָ *Iniquitatum tuarum*, *Ezech.* 28, 18. Et cum defectu ו, עֲוֺנֵנוּ *Iniquitates noſtræ*, *Jer.* 14, 7. מֵעֲוֺנֵינוּ *Ab iniquitatibus noſtris*, *Dan.* 9, 18. Et fœmininum, עֲוֺנֹת *Iniquitates*, *Levit.* 16, 21. Aff. עֲוֺנֹתָיו *Iniquitates ejus*, *Prov.* 5, 22. עֲוֺנֹתַי *Iniquitates meæ*, *Pſal.* 38, 5. *Hinc juxta quoſdam*, לִשְׁתֵּי עֵינֹתָם *Propter duas iniquitates ipſorum*, *Hoſ.* 10, 10. *nam juxta Maſorethas legendum* עונותם *quod LXX. acceperunt* עֲוֺנוֹתָם *Iniquitates ipſorum. Vide ampliùs in* עין.

עוז Hiph. הֵעִיז Coire, Congregari, Congregare ſe: *Et activè*, Congregare: Præter. הֵעִיזוּ *Congregant ſe*, *Job.* 10, 13. *ſcil. ad fugam, ut R. Salom. explet.* Imper. הָעֵז אֶת מִקְנְךָ *Congrega pecus tuum*, *Exod.* 9, 19. הָעִיזוּ *Congregate vos*, *Jer.* 4, 6. *Et defectivè*, הָעֵזוּ *Jer.* 6, 1.

עויל *m.* Infantulus, Lactens, Fœtus, *Jeſ.* 65, 20. Aff. עוּלָהּ *Fœtus, vel Infantuli ſui*, *Jeſ.* 49, 15.

Digitized by Google

עָלוֹת *f.p.* Mactantes. Fœtæ, *quæ parvulos vel fœtum lactant, Geneſ.* 33, 13.

עֹלֵל עוּל Vide in עָלַל.

עול Pih. Iniquè egit: Particip. מְעַוֵּל *Iniquè agens, Pſalm.* 71, *verſ.* 4. Futur. יְעַוֵּל *Iniquè aget, Jeſa.* 26, 10.

עֲוִיל *maſc.* Iniquus, *Job.* 16, 11. Plur. עֲוִילִים *Iniqui, Job.* 19, 18. *juxta R. Levi: vel* Parvuli, *quaſi ſit à præcedenti themate, juxta Chaldæum & Aben Eſram: & ſic* Aff. עֲוִילֵיהֶם *Parvulos ſuos, Job.* 21, 11. *Ad hoc legitur in Bereſchitrabba, ſect.* 36, *notatum:* בערבית צווחין לינוקא עוילה *In Arabia vocant parvulam ſive puellam* עוילה. *Eſt ergo Arabicum, ut alia in Jobo.*

עַוָּל *m.* Iniquus, *Job.* 18, 21. לְעַוָּל *Iniquo, Job.* 31, 3.

עָוֶל *m.* Iniquitas, *Levit.* 19, 15. Conſtr. בְּעֶוֶל רְכֻלָּתְךָ *Propter iniquitatem vel improbitatem mercaturæ tuæ, Ezech.* 28, *v.* 18. Aff. בְּעַוְלוֹ *Propter iniquitatem ſuam, Ezech.* 18, 26.

עַוְלָה *f.* Idem, 2. *Sam.* 3, 34. Et ו ac ל tranſpoſitis, עַלְוָה *Hoſ.* 10, 9. Cum duplici ſigno fœm. עַוְלָתָה *Hoſ.* 10, 13. Aff. בְּעַוְלָתָה *In iniquitatem, Pſ.* 125, 3.

עוֹלָה *fœm.* idem: *unde,* עֹלָתָה *Nequitia, Job.* 5, 16. Plural. עוֹלוֹת *Iniquitates, Pſal.* 64, 7. *&* 53, 3. *Aliter vide in* עלה.

עון עוֹנָה *f.* Tempus, *juxta Hebræos communiter, ſed determinatum & ſtatutum certæ rei:* Aff עוֹנָתָהּ *Tempus ejus, Exod.* 21, 10. *ut ſcilicet ſuo tempore debitum conjugale ipſi præſtet ad ſuſcipiendum ex ea prolem, qui finis eſt conjugii. Tria enim in iſta lege marito imponuntur, quæ uxori debet præſtare, nempe* שְׁאֵרָהּ *Alimentum ejus,* כְּסוּתָהּ *Veſtitum ejus,* וְעֹנָתָהּ *id eſt,* תַּשְׁמִישׁ *Officium debiti conjugalis, quod verecundè à Tempore ſtatuto appellat, quia non quovis tempore convenit, propter immundiciem ejus,*

ejus ſtatam, de qua & lex poſita eſt. Aben Eſra monet quoſdam interpretari דִּירָתָם Habitationem ejus, *ſed priorem ſenſum genuinum eſſe.* Plurale hujus quidam faciunt לִשְׁתֵּי עֵינֹתָם *In duabus habitationibus ipſorum, Hoſ.* 10,10. *Legendum enim illud eſt juxta Maſorethas* עוֹנוֹתָם. *Id quidam accipiunt, quaſi idem ſit cum ſequenti* מָעוֹן *&* מְעוֹנָה *Vide amplius in* עַיִן.

מְעוֹנֵן · עוֹנֵן *Vide infra in* עין.

מָעוֹן *m.* Habitatio, Habitaculum, 1. *Sam.* 2,29. Conſtr. מְעוֹן *Pſalm.* 26, *v.* 8. Aff. מְעוֹנוֹ *Habitaculum ejus,* 2. *Par.* 36,15. מְעוֹנְךָ *Habitaculum tuum, Soph.* 3, *v.* 7. Plural. cum Schurek, וְאֶת הַמְּעוּנִים *Et habitacula,* 1. *Par.* 5,41. *ſcribitur cum* י, *& legitur* מְעוֹנִים. Fœm. מְעוֹנָה *Idem, Deuter.* 33, *v.* 27. Aff. וּמְעוֹנָתוֹ *Et habitaculum ejus, Pſalm.* 76, *v.* 3. Plural. בִּמְעוֹנוֹת *In habitaculis, Job.* 39, *v.* 2. Aff. וּמְעוֹנֹתָיו *Et habitacula ſua, Nah.* 2, 12.

* עֹת · עִתִּים *vide ſuprà in* עות.

עוּף Volavit. Volitavit, Advolavit, Avolavit, Evolavit, Involavit, Convolavit: Præterit. וְעָפוּ *Et involent, Jeſ.* 11, 14. Part. Fœm. עָפָה *Volans, Zachar.* 5, 1. Plur. עָפוֹת *Jeſ.* 31, 5. Infin. לָעוּף *Ad volandum, Proverb.* 26, 2. Fut. אָעוּפָה *Evolarem, Pſal.* 55, 7. תָּעֻפָה *Evolabis, juxta quoſdam, ſcilicet, ex tenebris calamitatum, vel, Splendebis, R. Levi: Vel, ſi obſcurus fueris, Aben Eſra, Job,* 11, *v.* 17. *eſtque cum* ה *paragogico præter morem:* כְּנֶשֶׁר יָעִיף *Sicut aquila avolat. Prov.* 23, 5. *quod legendum* יָעוּף. *ut Maſorethæ notant.* Pih. Part. שָׂרָף מְעוֹפֵף *Præſter volans, Jeſ.* 14, 24. Infinitivus, בְּעוֹפְפִי חַרְבִּי *Quum faciam ut volet gladius meus, Ezech.* 32, 10. *id eſt, Cum vibravero, agitavero, vel motavero gladium meum,* Futur. יְעוֹפֵף עַל־הָאָרֶץ *Volet ſuper terram, Geneſ.* 1, *v.* 20. Hiph. הֲתָעִיף עֵינֶיךָ בּוֹ *An facies ut involent*

oculi

Digitized by Google

oculi tui in eo, *Prov.* 23, 5. *ſcribitur cum* ו, *ſed juxta Maſorethas legendum* תָּעִיף· Hoph. Part. מֻעָף בִּיעָף *Volare juſſus cum laſſitudine, Dan.* 9, 21, *id eſt, Coactus volare tantâ contentione, ut laſſus fuerit: nam* י *in* בִּיעָף *eſt radicale à* יָעַף· *formæ* בִּיקָר *quòd eſt à* יָקַר· *ſcribit Aben Eſra: Alii, Volare factus volatu, quaſi* יָעַף *ſit ex hac Radice, &* י *ſervile, ut in* יָקוּם· *quod eſt à* קוּם Hithp. יִתְעוֹפֵף כְּבוֹדָם *Avolabit gloria eorum, Hoſ.* 9, 11.

עוֹף *m.* Avis, Volucris, Volatile; *collectivum eſt, & transfertur ad omnia volatilia.* Chald. גַּפִּין אַרְבַּע דִּי־עוֹף Alæ quatuor volucris, Dan. 7, 6. וְעוֹף־שְׁמַיָּא Et volucres cœli, Dan. 2, 38.

עֵיפָה *f.* Obſcuritas, *Amos* 4, 13. Cum duplici ſigno fœmin. עֵפָתָה *Obſcuritas maxima, Job.* 10, 22.

עַפְעַפַּיִם *m. d.* Palpebræ, *à Vibratione & motu, qui Volatui comparatur, ſic dicta, ut ſuprà in Pihel de gladio uſurpatur Verbum:* Conſtruct. בְּעַפְעַפֵּי־שָׁחַר *In palpebras auroræ, Job.* 3, *verſ.* 9. *id eſt, Radios, Lumina:* Aff. עַפְעַפָּיו *Palpebræ ejus probant filios hominum, Pſal.* 11, 4.

מְעוּף *m.* Obſcuratus: Conſtr. מְעוּף צוּקָה *Obſcuratus anguſtiâ, Jeſ.* 8, 22.

עוּץ Conſuluit, Conſilium init: Imper. עֻצוּ וְדַבֵּרוּ *Conſilium inite, & colloquimini, Jud.* 19, 30.

עוּק Hiph. הֵעִיק Premere, Arctare: Part. מֵעִיק *Premo vel preſſurus ſum,* כַּאֲשֶׁר תָּעִיק *Quemadmodum premit plauſtrum, Amos* 2, 13.

עָקָה *f.* Preſſura: Conſtr. מִפְּנֵי עָקַת רָשָׁע *Propter preſſuram vel angorem improbi, Pſal.* 55, 4.

מוּעָקָה *f.* Preſſura, Conſtrictio, *Pſal.* 66, 11.

עוּר Evigilare, Expergiſci. Imperat. עוּרָה כְבוֹדִי *Evigila gloria mea, Pſ.* 57, 9. Fœmininum, עוּרִי *Jud.* 5, 12. Semel activum, כִּי יָעִירֵנוּ *Ut evigilare faciat, Exci-*

Digitized by Google

Excitet eum, Job. 41, 1. *quod ſcribitur ex Hiphil. legitur* יְעוֹרְנוּ *ex Kal, pro* יָעוּר עִמּוֹ *vel* יִתְעוֹרֵר עִמּוֹ. Niph. Præt. נֵעוֹר *Excitatus fuit, Zach.* 2, 13. *cum Tzere ſub* נ *præter morem.* Futur. יֵעוֹר *Excitabitur, Jerem.* 6, 22. עֶרְיָה תֵעוֹר *Nudatione excitabitur, Hab.* 3, 9. *vel potiùs. Nudando nudabitur, ut Hebræi exponunt, & ſignificatio ſit ab* עָרָה Pih. עִוֵּר Excæcavit, *Jer.* 52, 11. Fut. יְעַוֵּר *Excæcat, Exod.* 23, 8. *Et aliâ formâ,* Evigilare fecit, Suſcitavit, Excitavit, Præter. עוֹרֵר אֶת־חֲנִיתוֹ *Suſcitavit lanceam ſuam, id eſt, Vibravit,* 2. *Sam.* 21, 18. עוֹרְרוּ אַרְמְנוֹתֶיהָ *Excitaverant palatia ſua, id eſt, Reſtauraverant, Exſtruxerant, Jeſ.* 23, 13. *Hinc etiam juxta Aben Eſram anomalum illud ex geminatâ primâ radicali,* יְעֹעֵרוּ *Excitabunt, pro* יְעוֹרְרוּ: *Jeſa.* 15, 5. *R. Salom.* Vociferabuntur, *ex Chaldaica lingua, juxta illud,* יְעוֹעֲרִין בְּקָלְהוֹן Vociferantur voce ſua, *quod citat ex Targum, Jeſa.* 16, 10. *At illic non reperitur. Poſſit eſſe pro* יְרוֹעֲעוּ: *juxta illud.* לֹא יְרֹעָע *Non habebitur vociferatio, Jeſ.* 16, 10. *Aliud geminatum* עַרְעָר *vide in* עָרָה. Hiphil, הֵעִיר Excitavit, Suſcitavit: *Et interdum intranſitivè,* Evigilavit: Imperat. הָעִירָה *Evigila, Pſal.* 35, 23. Hithp. Præter. וְהִתְעוֹרַרְתִּי *Et excitavi me, Job.* 31, 29. Particip. מִתְעוֹרֵר *Excitans ſe, Jeſa.* 64, *verſ.* 7. Imperat. הִתְעוֹרְרִי *Expergiſcere, Jeſa.* 51, 17.

עֵר *m.* Vigilans, Vigil, *id eſt, Acris & excitatus, ad aliquid peragendum, Malach.* 2, 12.

עִיר *maſc.* Chald. *Vigil.* Dan. 4, 10. Plural. בִּגְזֵרַת עִירִין Decreto vigilum, v. 14.

עִיר Civitas, *Vide infrà ſuo loco.*

עוּר *m.* Chald. *Gluma.* וַהֲווֹ כְּעוּר Fueruntque ut ſtupa, Dan. 2, 35. *Fortè, inquit Kimchi, eſt quaſi* נְעוּר *Excuſſum, ut Hebraicè,* נְעֹרֶת *Stupa, à* נָעַר *Excuſſit.*

Digitized by Google

מָעוֹר־עוֹר *vide in* ערה.

עָר *maſc.* Inimicus, Adverſarius, *quaſi, In malum alterius Vigilans:* Aff. עָרְךָ *Inimicus tuus,* 1. *Sam.* 28, 16. Plural. עָרֶיךָ *Adverſarios tuos, Mich.* 5, 14. *Sic Pſal.* 139, 20. Chald. לְעָרָךְ Inimicis tuis, Dan. 4, 16. *Poſſit planè eſſe Chaldaicum pro Hebræo* צר *per commutationem uſitatam* צ *in* ע. *Maſora octo in hoc ſenſu adducit, Mich.* 5.

עִוֵּר *m.* Cæcus, *Exod* 4, 11. Plural עִוְרִים *Jeſa.* 29, 18. Fœmin. עִוֶּרֶת *Cæca:* Plural. עִוְרוֹת *Jeſ.* 42, 7.

עִוָּרוֹן *m.* Cæcitas, *Deut.* 28, 28.

עוש Coire, Convenire, Congregari: Imper. עוּשׁוּ *Coite, Congregate vos, Joël.* 3, 11.

עָשׁ *maſc.* Arcturus, Plauſtrum *ſeptem ſtellarum Congregatarum, quæ nunquam ſeparantur, juxta Aben Eſram, Job.* 9, *verſ.* 9. *Aliam ſignificationem vide in* עָשֵׁשׁ.

עַיִשׁ *m.* Idem, *Job.*38, 32. *Talmudici* זְנַב טָלֶה Caudam arietis *definiunt, Cod. Berachoth cap.* 9. *fol.* 58.

עות Pih. עִוֵּת Pervertit, Subvertit: Præteritum, אֵת אֲשֶׁר עִוְּתוֹ *Quod perverterit ipſe, Eccl.* 7, 14. עִוְּתָנִי *Subvertit me, Job.*19, 6. Pyh. Partic. מְעֻוָּת *Perverſum, Eccleſ.* 1, 15. Hithp Præter. וְהִתְעַוְּתוּ *Et pervertunt ſeſe, Eccleſ.* 12, 3.

עַוָּתָה *f.* Perverſitas: Aff. עַוָּתָתִי *Perverſitatem meam, Thren* 3, 59.

עז *f.* Capra, *Num.*15, 27. Plur עִזִּים *Capræ, Gen.* 27, 9. Aff. וְעִזֶּיךָ *Et capræ tuæ, Gen.* 31, 38. Chald. עִזִּין Capræ, Eſr 6, 17.

* עזאזל Haſaſel, *nomen hirci in deſertum emiſſi cum peccatis populi, quaſi Hircus abiens aut oberrans dictus, ab* עֵז *&* אָזַל *Abiit, Lev.* 16, 8. *vel ſecundùm Hebræos, Nomen loci, ab hirco iſto ſic dicti.*

Digitized by Google

עזב Reliquit, Dereliquit, Deſeruit. Infinitivus cum Futuro, וְחָדַלְתָּ מֵעֲזֹב לוֹ עָזֹב תַּעֲזֹב עִמּוֹ *Et ceſſaveris à relinquere ipſi; relinquendo (non) relinques cum eo, Exod.* 23, 5. *Senſus: Et ceſſaveris à ferendo ipſi opem, vel non deponendo onus ab ipſo: omninò opem feres, onus ſolves & aſinum eriges. Sic in verſionibus Germanicis reddunt Judæi, & confirmatur ex Deut.* 22, 4. Futur. וַיַּעַזְבוּ יְרוּשָׁלַיִם *Et reliquerunt Jeruſalem, Nehem.* 3, 8. *Quidam, Ædificarunt, reſtaurarunt: Aben Eſra, Pavimentarunt, viam ſtraverunt; unde* מעזיבה *Pavimentum, apud Talmudicos.* Niph. נֶעֱזַב *Relinqui, Nehem.* 13, 11. Pyh. עֻזַּב Idem. *Jeſa.* 32, 14. Fœmin. עֻזָּבָה *Relicta eſſet, Jerem.* 49, 25. *Quidam, Ædificaretur, muniretur.*

עִזְבוֹנִים *m. p.* Nundinæ: Aff. עִזְבוֹנַיִךְ *(in) nundinis tuis, Ezech.* 27, 12. 27.

עזז Roboravit, Corroboravit, Roboravit ſe, Roboratus, Corroboratus fuit: Infinitiv. בַּעֲזוֹז *Quum roboraret, Proverb.* 8, 28. Hiph. הֵעֵז Obfirmavit, Induravit: הֵעֵזָה פָנֶיהָ *Obfirmavit faciem ſuam, Proverb.* 7, 13.

עַז *maſc.* Robuſtus, Obfirmatus, Valens, Fortis, Vehemens, Durus, Sævus, Acris: *Et ſubſtantivè, juxta quoſdam,* Robur, *Gen.* 49, 3. Plural. וּבְמַיִם עַזִּים *Et in aquis validis, Jeſ.* 34, 16. Conſtr. עַזֵּי נֶפֶשׁ *Robuſti animo, Jeſ* 56, 11. Fœmin. חֵמָה עַזָּה *Iram vehementem, Prov.* 21, 14. Plur. עַזּוֹת *Dura, Prov.* 18, 23. *ſcil.* אֲמָרוֹת *Verba.*

עוֹז *m.* Robur, Fortitudo, *Prov.* 18, 19. Aff. עֻזּוֹ *Robur ejus, Pſal.* 59, 10. בְּעָזְּךָ *In robore tuo, Pſal.* 21, 2. עֻזֵּנוּ *Robur noſtrum, Pſal.* 81, 2.

עִזּוּז *m.* Robuſtus, *Pſal.* 24, 8.

עֱזוּז *m.* Robur, *Jeſa.* 42, 25.

Digitized by Google

עָזְנִיָּה *f.* Haliæetus, *aquilæ marinæ ſpecies, à Firmitate viſûs ſic dicta, quâ adverſus ſolis radios intueri poteſt, ut ſcribit Plin. lib.* 10.

מָעוֹז *m.* Robur, *Pſal.* 27, 1. *Item* Arx, Munitio, *Jud.* 6, 26. Aff. מָעֻזּוֹ *Roboris ejus, Jeſ.* 17, 9. Et cum He vice Vau, עַד־מָעֻזֹּה *Uſque ad munitionem ejus, Dan.* 11, 10. מָעֻזָּם *Robur eorum, Pſal.* 37, 39. Plur. מָעֻזִּים *Robora, hoc eſt, Summum robur, Dan.* 11, 38. 39.

מָעֻזְנַיִם *m.p.* Munitiones: Aff. מָעֻזְנֶיהָ *Munitiones ejus, Jeſ.* 23, 11.

עזק Pih. Circumdedit, Circummunivit, Circumſepſit: Futur. וַיְעַזְּקֵהוּ *Et circumſepſit eam, Jeſ.* 5, *verſ.* 2.

עִזְקָא: *Emph.* עִזְקְתָא *f.* Chald. *Annulus ſignatorius, à* Muniendo vel cingendo dictus: Conſtructum, וּבְעִזְקַת רַבְרְבָנוֹהִי Et annulo procerum ſuorum, Daniel. 6. 17. Aff. וּבְעִזְקְתֵהּ Et annulo ſuo, ibid.

עזר Juvit, Adjuvit, Auxiliatus eſt, Auxilio, Adjumento fuit, Opem tulit, Opitulatus eſt: *Conſtruitur cum Accuſativo, quandoque cum Dativo:* Præter. מָה עָזַרְתָּ *Quàm adjuviſti, Job.* 26, 2. Infinit. לַעְזֹר לוֹ *Ut auxiliarentur ſibi,* 2. *Par.* 28, 16. Niph. Præter. נֶעֱזָרְתִּי *Adjuvor, Pſal.* 28, 7. Infin. לְהֵעָזֵר *Adjuvari,* 2. *Par.* 26, 15. Futur. וַיֵּעָזְרוּ *Et adjuti ſunt,* 1. *Par.* 5. *v.* 20. Hiph. Partic. anomalum. מַעְזְרִים *Auxiliantes,* 2. *Par.* 28, 23. *Simile vide in* חלם.

עֵזֶר *m.* Auxilium, *Gen.* 2, 18. Aff עֶזְרוֹ *Auxilium ejus, Ezech.* 12, 14. *cum* ה *loco Vau:* עֶזְרִי *Auxilium meum, Pſal.* 70, 6.

עֶזְרָה *f.* Idem, *Pſal.* 46, 2. Et in ת loco He, עֶזְרָת. *Pſal.* 60, 13. *cui ſimile* זִמְרָת *in* זָמַר: Conſtr. עֶזְרַת *Jeſ.* 31, 2. Cum duplici ſigno fœmineo, עֶזְרָתָה *Summum vel plenum auxilium, Pſal.* 44, 27. Aff. עֶזְרָתִי

Auxilium

Auxilium meum, Pſal. 27, 9. עֶזְרָתֵנוּ *Auxilium noſtrum, Thren.* 4, 17.

עֲזָרָה *fœm.* Atrium, 2. *Par.* 4, 9. *dictum quaſi Auxiliatorium vel Auxilii locus: quia ibi conveniebat populus, orandi cauſâ in templo, & qui corde Integro oravit, is ſenſit auxilium, notat author Aruch, & R. David in Rad. Item,* Diazoma: *vel* Projectura, Prominentia, Structura, *Ezech.* 43, 14.

עט *m.* Stylus, Calamus: עֵט סוֹפֵר מָהִיר *Stylus ſcribæ velocis ſive prompti, Pſal.* 45, 2. בְּעֵט־בַּרְזֶל *Stylo ferreo, Job.* 19, 24. *Hinc quidam deducunt Particip. præter.* Pyh. מְעֻטָּה Acuminatus, Exacutus, *ut ſtylus acui ſolet ad exarandum, Ezech.* 21, 15. *vide* עָטָה.

עטה Obvelavit, Operuit, Amicivit; Operuit vel Amicivit ſe, Amictus, Opertus fuit: Præter. וְעָטָה *Et amiciet, Jer.* 43, 12. Part. עוֹטֶה מְעִיל *Amictus pallio,* 1. *Sam.* 28, 14. וְעוֹטְךָ *Amiciens te, Jeſa.* 22, 17. Fœm. כְּעֹטְיָה *Quaſi operta ſive velata, Cant.* 1, 7. *lugens ſcil. & flens propter gregem meum, juxta R. Salom. Alii, Quaſi* divertens: *& ſic* Futur. וַיַּעַט *Et divertit,* 1. *Sam.* 14, 32. *de quo vide etiam in* עיט: וַיַּעַט *Et amicivit ſe, Jeſa.* 59, 17. וַתַּעַט *vide in* עיט. Pyh. Part. מְעֻטָּה לְטָבַח *Opertus, vel juxta Kimchium, Acutus ad mactationem, Ezech.* 21, 15. *vide* עט *paulò antè.* Hiph. Præter. הֶעֱטִיתָ עָלָיו *Operuiſti eum, Pſal.* 89, 46.

מַעֲטֶה *maſc.* Pallium, Amictus: מַעֲטֵה תְהִלָּה *Pallium vel amictus laudis, Jeſ.* 61, 3.

עטלף *m.* Veſpertilio, *Lev.* 11, 19. Plur. וְלָעֲטַלֵּפִים *Et veſpertilionibus, Jeſa.* 21, 20.

עטן עָטִין *maſc.* Mulctrale: Particip. cum Aff. עֲטִינָיו *Mulctralia ejus, Job.* 21, 24.

Digitized by Google

עָטַף Operuit, Obtectus, Obrutus fuit; *Et cùm ad animum refertur, eſt* Deficere, Deliquium pati: Partic. Præter. plur. הָעֲטֻפִים *Qui obruuntur, Thren.* 2, 19. *Et ex alia ſignificatione,* Serotina, Serotinæ pecudes, vel oves, *ſic dictæ, quòd debiliores ſint, & infirmitate quaſi Obrutæ, ut Aben Eſra monet, Gen.* 30, 42. Infin. בַּעֲטֹף לִבִּי *Quum obruitur cor meum, Pſal.* 61, 3. Fut. יַעֲטֹף *Obruetur, Jeſ.* 57, 16. *Item Operiet, Job.* 23, *v.* 9. יַעַטְפוּ בָר *Obteguntur frumento, Pſ.* 65, 14. Niph. Infin. בֵּעָטֵף *Cùm obrueretur, pro* בְּהֵעָטֵף *Thren.* 2, 11. *quædam exemplaria habent Sægol ſub Beth, cui ſimile vide in* חָרֵב Hiph. Infin. וּבְהַעֲטִיף *Et in ſerotinando, id eſt, Quùm ſerò coirent, tempore ſcilicet ſecundæ admiſſuræ, Geneſ.* 30, 42. Hithp. Infinit בְּהִתְעַטֵּף עָלַי *Quum obrueretur in me, Jon.* 2, 8. בְּהִתְעַטְּפָם *Quum obruuntur, Deficiunt ipſi, Thren.* 2, 12. Futur. תִּתְעַטֵּף *Obruitur, Deficit, Pſal.* 107, 5.

מַעֲטָפוֹת *f. p.* Amicula, *quaſi Operimenta dicta, Jeſa.* 3. *v.* 22. *Targum* שׁוֹשִׁיפַיָּא Palliola muliebria, Pallia: *R. Salom.* Tapeta.

עָטַר Circumcinxit, Circumcluſit, Circumtexit: Particip. עֹטְרִים אֶל־דָּוִד *Circumcludentes Davidem,* 1. *Sam.* 23, *v.* 26. Futur. תַּעְטְרֶנּוּ *Circumtegis eum, Pſal.* 5, 13. *vel, Facis ut circumtegat eum, quaſi pro* תַּעֲטִירֶנּוּ *Ex Hiphil, ut Kimchi vult.* Pih. Præter. עִטַּרְתָּ שְׁנַת טוֹבָתֶךָ *Coronas annum bonitatis tuæ, Pſal.* 65, 12. *ſignificatione ex Nomine, quod Coronam ſignificat, deductâ:* שֶׁעִטְּרָה־לּוֹ *Quâ coronavit eum, Cantic.* 3, *v.* 11. Partic. הַמְעַטְּרֵכִי *Qui coronat vel circumtegit te, Pſ.* 103, 4. Futur. תְּעַטְּרֵהוּ *Coronaſti eum, Pſ.* 8, 6. Hiph. Particip. הַמַּעֲטִירָה *Coronans vel Coronaria, Jeſa.* 23, 8.

עֲטָרָה *f.* Corona, *Ezech.* 21, 26. Conſtr. עֲטֶרֶת־מַלְכָּם Coro-

Coronam regis ipſorum, 2. Sam. 12, 30. Plural. עֲטָרוֹת *Coronæ, Zach.* 6, 11.

עטש עֲטִישָׁה *fæm.* Sternutatio: Plural. cum Aff. עֲטִישֹׁתָיו *Sternutationibus ſuis, Job.* 41, *v.* 9. *Verbum* עָטַשׁ Sternutare, *Rabbinis uſitatiſſimum* עִטּוּשׁ *Sternutatio:* עיטוש יפה לחולה *Sternutatio pulchra eſt (id eſt, ſalutaris) ægrotanti. Sternutanti dicitur,* חַיִּים טוֹבִים *Vita bona, Proſit vitæ.*

עיה עִי *m.* Cumulus, Acervus: לְעִי *In acervum, Mich.* 1, 6. בְּעִי *In acervum, cumulum vel deſolationem, juxta Aben Eſram & alios quoſdam Hebræos, Job.* 30, 34. *Quibusdam autem* ב *radicale eſt, quaſi ſit à* בְּעָה *vide illic:* Plural. עִיִּים *Acervi, Jerem.* 26, 18. Et in Nun, עִיִּין *Mich.* 3, 12. Conſtr. בְּעִיֵּי Ad *cumulos, Num.* 21, 11.

מְעִי *m.* Acervus, *Jeſa.* 17, 1.

עיט Hiph. הֵעִיט Involare, *propriè more avis rapacis; Metaphoricè,* Irruere, Invehi in aliquem, Subitò contendere: Futur. וַיָּעַט בָּהֶם *Et invectus eſt in eos, ſcil. verbis duris,* 1. *Sam.* 25, 14. וַיַּעַט *Et involavit, Subitò contendit,* 1. *Sam.* 14, 32. *quod in textu ſcribitur* וַיַּעַשׂ *ſed legendum per* ט, *ut à Maſorethis in margine annotatum eſt:* וַתַּעַט *Et contendit,* 1. *Sam.* 15, 19. *quæ duo formam ab* עָטָה *habent.*

עַיִט *m.* Avis, Volucris, Volucres, *rapaces propriè, Job.* 28, *verſ.* 7. Conſtr. לְעֵיט הָרִים *Volucribus montium, Jeſ.* 18, 6.

עים עֲיָם *m.* Robur, Fortitudo: בַּעְיָם רוּחוֹ *Fortitudine, Vehementiâ ſpiritus ſui, Jeſ.* 11, 15. *R. Salom.* בחוזק *Aben Eſra* בְּכֹחַ *interpretantur.*

עין עַיִן *c. ſed f. ſæpiùs,* Oculus: *Metaphoricè* Fons; Superficies, Color: *quaſi Aſpectum aut rei Speciem externam dicas:* רַע עָיִן *Malignus oculo, Prov.* 23, 7. *id*

Digitized by Google

eſt, ſordidus, parcus, illiberalis : טוֹב עַיִן Benignus oculo, Prov. 22, 9. id eſt, Beneficus : אֶל־הָעַיִן Ad fontem, Gen. 24, 42. Conſtr. עֵין הַמַּיִם Fontem aquarum, Gen. 16, 9. כְּעֵין Sicut color, Num. 11, 7. וְעֵין נֹאֵף Et oculus adulteri, Job. 24, 15. אֶת־עֵין הָאָרֶץ Superficiem terræ, Exod. 10, 15. Aff. אֶת־עֵינוֹ Colorem ſuum, Levit. 13, v. 55. בְּעֵונִי In oculum meum, 2. Sam. 16, 12. id eſt, דִּמְעַת עֵינַי Lachrymas oculorum meorum, ut Chaldæus habet, vel, In id quod vident & intuentur nunc oculi mei, juxta R. Levi : vel, Statum meum ac rerum mearum conditionem, ut Kimchi explicat. Scribitur autem in medio cum ו, quaſi בְּעוֹנִי pro בְּעָנְיִי afflictionem meam, atq; ſic quidam interpretes vocem ſcriptam, alii vocem lectam explicant : Duale, כְּסוּת עֵינַיִם Operimentum oculorum, Gen. 20, 16. בְּעֵינַיִם In duobus oculis iſtis, Geneſ. 38, 21. id eſt, In bivio iſto : Conſtruct. עֵינֵי יְהוָה Oculi Domini, Pſal. 34, 16. Et ſemel ; עֵנֵי Jeſa. 3, 8. Aff. יִרְאוּ עֵינָו Videbunt oculi ejus, Job. 21, v. 20. pro עֵינָיו & octies ſic cum defectu alterius י reperiri, Maſorethæ notant, 1. Sam. 3, 2. וְעֵינָיו Et oculi ejus, Job. 24, 23. Fœmin. עֵינֹת Fontes, Deuter. 8, 7. Conſtr. עֵינֹת מַיִם Fontes aquarum, Exod. 15, v. 27. Hinc juxta quoſdam, לִשְׁתֵּי עוֹנֹתָם Ad duos oculos ipſorum, Hoſ. 10, 10. id eſt, Amaſios, vitulos ſcilicet duos, quos in Dan & Bethel colebant, & ipſos tanquam amaſios in oculis ferebant. Literæ referunt, עֵינֹת quod עֵינַיִם Oculos interpretantur : Lectio, quam Maſorethæ indicant, habet עוֹנֹת· Atqui עֵינוֹת ſive עֲיָנוֹת, nunquam Oculos ſignificat, ſed ſemper Fontes. Vide amplius in עָנָה : Chald. וְעֵין אֱלָהֲהוֹם Et oculus Dei ipſorum, Eſr. 5, v. 5. Duale, עַיְנִין כְּעַיְנֵי אֲנָשָׁא Oculi velut oculi hominis, Dan. 7, 8. Aff. עַיְנַי Oculos meos, Dan. 4, 31.

עוֹיֵן Oculans, Oculis obſervans, nocendi cauſâ, 1. Sam. 18, 9

Chald.

Chald כְּמִין Inſidians. *Apud Rad. Verbum in Pihel uſitatum,* עַיִן Vidit, Inſpexit, Advertit, Conſideravit.

עוֹנֵן Pih. Præſtigiis uti, Præſtigiari, 2. *Reg.* 21, 6. Particip. מְעוֹנֵן Præſtigiis utens, Præſtigiator, *Deuter.* 18, 14. Fut. וְלֹא תְעוֹנְנוּ *Neque præſtigiabimini, Levit.* 19, *v.* 26. *Hic Aben Eſra deduci vult ab* עָנָן Nubes, *pro,* Ex nubibus Hariolari, conjectare & prædicere. *Hoc vel illo die aut tempore, bonum malumve eſſe illud agere vel aggredi. R. Salomon. derivat ab* עֹן Tempus, *pro* Tempora obſervare. *Sapientes priſci ab* עַיִן *deduxerunt, &* מְעוֹנֵן *eſſe eum, qui tenet ac præſtringit oculos, ut falſum pro vero videant. Verba ipſorum ſunt,* חכמים אומרים זה אוחז את העינים רבי עקיבא אומר זה המחשב עתים ושעות ואומר היום יפה לצאת למחר יפה ליקח וכו׳ : *Id eſt, Sapientes dicunt* מעונן *eſt qui tenet oculos: Rab. Akiva dicit: Eſt qui ſupputat tempora & horas, dicens: hodie pulchrum eſt egredi, cras bonum eſt negotiari,' &c. Sanhedrin cap.* 7, *fol.* 65, 2 *Horum meminit Kimchi in lib. Radicum. Poſteriori etymologia curioſos Aſtrologos ſignificat, ex aſtrorum diſpoſitione & operatione, certos dies bonorum vel malorum, triſtium & lætorum, proſperorum & adverſorum, conſtituentes.*

עוֹנְנִים *m. p.* Præſtigiatores, *Jeſa.* 2, 6. Aff. עֹנְנֵיכֶם *Præſtigiatores veſtros, Jer.* 27, 9.

עוֹנְנָה Præſtigiatrix, *Jeſa.* 57, 3.

מַעְיָן *m* Fons, *Lev.* 11, 36. Conſtr. אֶל־מַעְיַן *Ad fontem aquarum, Joſ.* 15, 9. Cum ו paragogico, לְמַעְיְנוֹ־מָיִם *In fontem aquarum, Pſ.* 114, 8. *cui ſimile vide in* בְּנֹה *In Nomine* בן Aff. מַעְיָנוֹ *Fons ejus, Hoſ* 13, 15 Plur. מַעְיָנִים *Fontes, Pſ.* 104, 10 Conſtr. מַעְיְנֵי מַיִם *Fontes aquarum,* 1. *Reg* 18, 5 Et cum …chach ſub ע מִמַּעַיְנֵי הַיְשׁוּעָה *De fontibus ſaluti, Jeſ* 12, 13 Aff. מַעְיָנַי *Fontes mei, Pſ.* 87, 7.

Mm 3

Digitized by Google

Fœm. מַעְיָנוֹת *Fontes, Jeſ, 41, 18.* Conſtr. כָּל־מַעְיְנוֹת תְּהוֹם *Omnes fontes abyſſi, Gen. 7, 11.* Aff. מַעְיְנֹתֶיךָ *Fontes tui, Prov. 5, 16.*

עִיף Feſſum, Defeſſum, laſſum eſſe: Præterit. עָיְפָה נַפְשִׁי *Feſſa fuit anima mea, Jer. 4, 31.* Futurum anomalum, וַיָּעַף *Et feſſus fuit, Jud, 4, 21. habet Kametz, quaſi ab* עוף*. Convenit cum* יָעַף*:*

עָיֵף *m.* Feſſus, Laſſus, *Geneſ. 25, 29.* Plural. עֲיֵפִים *Feſſi, Jud. 5, 8.* Fœm. עֲיֵפָה Feſſa: *Et metaphoricè per Catachreſin,* Sitibunda, *Prov. 25, 25.*

עֵיפָתָה *f. Vide ſuprà in* עוף*.*

עִיר *f.* Urbs, Civitas: *Quidam ad* עור *referunt quòd hominum actionibus & operis Excitata ſit:* Cum ה locali: הָעִירָה *In civitatem, Gen. 44, 13.* Aff. בְּעִירוֹ *In civitate ſua, Jud. 8, 27.* עִירָם *Civitates eorum, Gen. 34, 20.* Plur. עָרִים *Urbes, Num. 35, 2.* Conſtr. עָרֵי *Num. 32, 36.* Aff. עָרָיו *Urbes ejus, Deut. 2, 34.* עָרֵיהֶם *Urbes eorum, Num. 21, 3. Aliam ſignificationem vide infrà in* עָר*.* Et alia forma, עֲיָרִים *Urbes, Jud. 10, 4.*

עַיִר *m.* Pullus, *propriè aſini,* Aſellus, *Zachar. 9, v. 9.* וְעַיִר פֶּרֶא *Et pullus (& onager, Job. 11, 12.* Aff. עִירֹה *Pullum ſuum, Gen. 49, 11. cum* ה *loco Vau:* Plur. עֲיָרִים *Aſelli, Jud. 12, 14.* עַל־כֶּתֶף עֲיָרִים *Super humero aſinorum, Jeſa. 30, 6. ſcriptum cum* ו*, ſed juxta Maſorethas legendum* עֲיָרִים*:*

עַיִשׁ *Vide ſuprà in* עוש*.*

עַכְבָּר *m.* Mus, *Lev. 11, 29.* Plur. Conſtr. עַכְבְּרֵי זָהָב *Mures auri, 1. Sam. 6, 4.*

עַכָּבִישׁ *m.* Araneus, *Job. 8, 18.* וְקוּרֵי עַכָּבִישׁ *Et telas aranei, Jeſa. 59, 5.*

עֶכֶס *maſc.* Compes: וּכְעֶכֶס אֶל מוּסַר אֱוִיל *Et ſicut (vir) compedis ad eruditionem ſtultorum, Prov. 7, verſ. 22.*

verſ. 22. Senſus : Qui meretricem ſequitur , tanquam bos ad mactationem abit : id eſt, vel in præſens vitæ periculum ſe conjicit ; vel ſicut vir compedis , hoc eſt , compeditus , id eſt , vel in vincula & compedes ſe implicat , quibus ſtulti caſtigari & ſapere ſolent. Pluralit. עֲכָסִים, Compedes ; Periſcelides , *dictæ à Vinciendo & ligando : Fuerunt autem inter Ornamenta mulierum circa pedes ; unde ,* יָסִיר אֲדֹנָי אֵת תִּפְאֶרֶת הָעֲכָסִים *Auferet Dominus decus compedum , id eſt , periſcelidum , Jeſa. 3, verſ. 18. Aben Eſra ſcribit in loco Proverbiorum ,* העכסים דומים לכבל *Achaſim* ſimiles ſunt compedi. *R. Levi Gerſon ibidem ſcribit:* העכסים הם כמו התכשיטין נושאות אותן ברגליהן כאמרו וברגליהן תעכסנה : *id eſt, Achaſim* ſunt ſicut ornamenta quas geſtant (*mulieres*) in pedibus ſuis, juxta id quod dicitur, וברגליהן תעכסנה. *Talmudici communi & proprio vocabulo nominant eas* כְּבָלִים *& diſputant, an licitum ſit eas in ſabbatho geſtare? Locus in Traditionibus ipſorum eſt:* בירית טהורה ויוצאין בה בשבת כבלים טמאין ואין יוצאין בהן בשבת : *id eſt,* Faſcia cruris,(*nempe communis, ad liganda tibialia, ne decidant , & pes nudetur , quod in muliebri ſexu inverecundum*) munda eſt, & egrediuntur cum ea in ſabbatho: compedes imundæ ſunt: & non egrediuntur cum eis in ſabbatho : *Schabbath capite 6. in Miſchna. Doctores in Gemara ſubjiciunt, fuiſſe iſtis compedibus alligatas catenulas aureas, ad moderandos paſſus, ne nimis lati fierent. Inde Majemonis Gloſſa :* כבלים עכסים בצורת האצעדה והיו מטילין ביניהם שלשלאות והיו מתקשטין באלו הכבלים הבתולות כדי שלא יפסיעו פסיעה גסה ויגיע היזק בבתוליהן : *id eſt,* כבלים idem ſunt quod עכסים ad formam armillarum. Geſtabant autem inter eas catenulas(*aureas, ut interpretes Talmudici tradunt*) & ornabant ſe iſtis com-

Digitized by Google

pedibus virgines, ne graderentur paſſus majores, & accederet ipſis detrimentum in virginitate ſua. *In eandẽ ſententiam ſcribit in libro ſuo* יד *Jad, Tractatu de Sabbatho, cap.* 19. *quo explicatur, Cum quibus rebus ſabbatho egredi licitum ſit vel non? Verba ejus ſunt :* ולא בכבלים שיוצאין בהן הבנות ברגליהן כדי שלא יפסיעו פסיעה גסה שלא יפסידו בתוליהן : *Id eſt,* Neque cum compedibus, cum quibus egredi ſolent filiæ, geſtantes eas in pedibus ſuis, ne faciant paſſus magnos, & noceant virginitati ſuæ. *Cùm ergò ſint ornamenta & ligamenta pedum, vocari à nobis poſſunt* Periſcelides. *Has Ornamenta fuiſſe pedum, docet Porphyrius, Commentator in hunc locum Horatii :* Nota refert meretricis acumina, ſæpè catellam, ſæpé periſcelidem raptam ſibi flentis; *lib.* 1. *epiſt.* 17. *Plin. lib.* 33. *cap.* 12. *ſcribit :* Argentum ſuccedit ex re, aliquando & auro, luxu fœminarum plebis, compedes ſibi ex eo facientium, quas inducere aureas mos triſtior vetat. *Porrò Chaldæus Paraphraſtes vertit,* תְשַׁבְּחַת מְסָנַיָּה Ornamentum calceorum, *Hinc* Verbum *apud eundem Prophetam,* וּבְרַגְלֵיהֶן תְּעַכַּסְנָה *Et pedibus ſuis compedunt, compeditæ incedunt, vel, Periſcelidibus ornatæ gradiuntur, Jeſ.* 3, *v.* 16. Denique *Periſcelides catenatæ iſtæ onus erant, & in inceſſu ſonitum aut tinnitum aliquem poterant edere, unde ſabbatho prohibitæ. Inde* Tinnitus & crepitaculorum *ſignificatio apud quosdam interpretes.*

עָכַר Turbavit, Conturbavit, Perturbavit, 1. *Sam.* 14, *v.* 29. Particip. עוֹכֵר *Perturbans,* 1. *Reg.* 18. *v.*17. Plur. בְּעֹוכְרָי *Inter turbatores meos, Jud.* 11, 35. Futur. יַעְכָּרְךָ *Perturbabit te, Joſ.* 7, 25. Niph. Præt. וּכְאֵבִי נֶעְכָּר *Et dolor meus turbatus eſt, Pſalm.* 39, 3. *id eſt, incrudeſcit.* Particip. fœm. נֶעְכָּרֶת *Conturbatur, Prov.* 15, 6.

עַכְשׁוּב *maſc.* Aſpis, πλύας, *illud genus, quod venenum procul exſpuit, Pſalm.* 140, 4.

עִלֵּג *maſc.* Balbus Balbutiens: Plur. עִלְּגִים *Balbi, Jeſa* 32, 4. *Affine eſt Verbo* לָעַג *unde R Sal ſcribit hic: Quicunque non novit rectè diſponere ſermonem ſuum, ut ſit elegans, vocatur* עִלֵּג & נִלְעָג.

עָלָה Scandit, Aſcendit, Conſcendit: *Quandoque* Aſcendit, eſt, Abiit in nihilum, Evanuit, Periit, Abiit in auras, *Gen.* 49, 4. *Jer.* 48, 5. *& alibi.* Præt. עָלָה קִיטֹר *Aſcendit fumus, Gen.* 19, 28. *&c.* Niph. נַעֲלָה Suſtulit, Extulit ſe, Elatus, Excelſus fuit; Abductus, Deductus, Traductus fuit; Subduxit ſe, Receſſit: Præt. נַעֲלָה *Abductus fuit, 2. Sam.* 2, 27. נַעֲלֵיתָ *Elatus es, Pſal.* 97, 9. *&c.* Hiph הֶעֱלָה Aſcendere fecit: Abſtulit, Extulit, Obtulit, Suſtulit, Elevavit, Extraxit, Abduxit, Adduxit Deduxit, Eduxit Induxit, Produxit, Subduxit, Evexit, Subvexit, &c. *Iten* Accendit, *cùm de Lumine agitur, cujus flamma ſurſum Aſcendit. Conſtruitur cum Accuſativo & Præpoſ.* מִן & עַל Præter הֶעֱלָה *Eduxit,* 1 *Sam.* 12, *v.* 6. הֶעֱלָה נֵרֹתֶיהָ *Accendet lucernas ejus, Numer.* 8, 3. *Exod.* 25, 37. הֶעֱלִיתָ מֵאֶרֶץ *Eduxiſti ex terra Ægypti. Exod* 32, *v.* 1. Hoph. הֹעֲלָה & הוּעַל Aſcendere factus vel juſſus fuit, Oblatus, relatus Abductus fuit: Præter. הוֹעֲלָה עַל־הַמִּזְבֵּחַ *Oblatus fuit ſuper altare, Jud.* 6, 28. *Item*, Juſſus eſt ut aſcendere faceret, *id eſt* Referret, 2. *Paralip.* 20, *v* 34. הֹעֲלָתָה *Abducta vel deducta eſt, ſeu, Abducetur, Nahum.* 2, *v.* 7. Hith. Futur. יִתְעַל *Extollet ſe, Jerem.* 51, *v.* 3. *pro* תִּתְעַלֶּה *per Apocopam.*

עָל *m.* Excelſus: הַגֶּבֶר הֻקַם עָל *Vir qui conſtitutus eſt excelſus, 2. Sam.* 23, 1. *Vide & Hoſ.* 7, 16. & 11, 7. *ubi ſcribitur* עַל *per Pathach.*

Digitized by Google

על Super, Suprà : Contrà, Adverſus : Coràm : Propter, Eò quòd : Ad, Apud, Juxta, Secundum, *quomodo pro* אֶל *ſumitur* : Cum, *pro* עִם *ut Exod.* 35, 22 In, Per, *pro* בּ. *Gen.* 27, 40. *Latiſſimè uſurpatur.* Semel ſcriptum על & legendum אַל Ne, *Ezech.* 9, 5. עַל־כֵּן Idcircò, Propterea : עַל־כִּי Eò quòd, עַל אֲשֶׁר Idem : עַל־דְּבַר Propter. Aſſumit י ad finem, עֲלֵי, ut & aliæ quædam ſimiles Particulæ: *ut* עֲלֵי אֹרַח *Juxta ſemitam, Gen.* 49, *verſ.* 17. Cum Affixis y habet Kametz, עָלַי *Contra me,* עָלֶיךָ *Contra te,* עָלָיו *Contra eum, & cæt. exceptis Affixis conſtructæ formæ,* עֲלֵיכֶם עֲלֵיהֶן עֲלֵיהֶם *&c.* מֵעַל A, Ab, Deſuper, Supernè. *Chald.* Idem : עַל דְּנָה Super hoc, Propter hoc, Propterea. Cum Affixis, עֲלוֹהִי Contra eum. Super eum, In eo, Ad eum, עֲלָךְ Super, Ad te, עֲלֵיהוֹן Ad eos, עֲלַי Ad me, עֲלֶינָא Ad nos, עֲלֵיהֶם & עֲלֵיהֹן Ad eos. Semel cum א in fine, וְעֵלָּא מִנְּהוֹן *Et ſupra ab iſtis, id eſt, ſupra iſtos, Dan.* 6, 3.

עלה עוֹלָה *maſc.* Aſcenſus, Gradus, *juxta Kimchium,* לְעוֹלָה לְפֶתַח *Ad aſcenſum oſtii portæ, Ezech.* 49, 40. *Quibuſdam eſt Participium, Aſcendens.*

עלה עָלֶה *m.* Folium, *quia Surſum creſcit, vel levi flatu ſurſum propellitur* : עָלֶה מִגֶּפֶן *Folium de vite, Jeſ.* 34, 4. Conſtr. עֲלֵה תְאֵנָה *Folium ficus, Gen.* 3, 7. Plur. Conſtr. עֲלֵי זַיִת *Folia oleæ, Nehem.* 8. 15. Aff. עָלֶהָ *Foliis ſuis, Jeſ.* 1, *v.* 30. *defectivè pro* עָלֶיהָ *juxta Maſorethas & Hebræos.*

עלה עוֹלָה · עֹלָה *fœm.* Holocauſtum, *ſic dictum, quòd totum igne abſumptum, ſurſum Aſcenderet, & Evaneſceret : Item,* Aſcenſus: Aff. וְעוֹלָתוֹ *Et aſcenſum ejus,* 1. *Reg.* 10, 5. עֹלָתְךָ *Holocauſtum tuum, Lev.* 9, 7. Plur. עוֹלוֹת *Holocauſta, Gen.* 8, 20. Aff. וְעוֹלֹתֶיךָ *Et holocauſta tua, Pſ.* 50, 8. עוֹלוֹתָו *Aſcenſum ejus, Ezech.* 40, *v.* 26. Plur. Chald. לַעֲלָוָן In holocauſta, Eſr. 6, 9.

עֱלוֹת *pl.* Piſtilla, *juxta R. Salomon*, 2. *Paral.* 24, 14. *Poteſt & Infinit. Hiphil eſſe : ſcribitur enim* הַעֲלוֹת Offerendi. *Si eſſet Nomen, articulus* ה *notaretur cum Kametz. Senſus tamen Vas vel Inſtrumentum aliquod videtur poſtulare.*

עֱלִי *m.* Piſtillum, *ab Attollendo, Prov.* 27, 22.

עֲלִיָּה *f.* Aſcenſus, Cænaculum, *Conclave ſuperius, ad quod Aſcenditur:* דַּלְתוֹת הָעֲלִיָּה *Fores cænaculi, Jud.* 3, 23. Conſtr. עֲלִיַּת הַשַּׁעַר *Cænaculum portæ*, 2. *Sam.* 18, 33. Aff. וַעֲלִיָּתוֹ *Et aſcenſum ejus*, 1. *Par.* 9, 4. בַּעֲלִיָּתוֹ *In cænaculo ſuo*, 2. *Reg.* 1, *v.* 2 Plur. וַעֲלִיּוֹת *Et cænacula, Jer.* 22, 14. Aff. עֲלִיּוֹתָיו *Cænacula excelſa ſua, Pſ.* 104, 3.

עֶלְיוֹן *m. Excelſus, Supremus, Geneſ.* 14, 18. Plur. Chald. עֶלְיוֹנִין Excelſi, Dan. 7, 18. Fœm. הָעֶלְיוֹנָה *Summum, Ezech.* 41, 7. Plur. עֶלְיוֹנוֹת *Ezech.* 42, 5.

עִלָּיָא *m* Chald. *Excelſus*, Dan. 4, 14 & 7, 25. Juxta Maſorethas legendum עִלָּאָה quæ eſt forma emphatica abſoluta עִלַּי vel עִלָּאִי.

עִלִּית *f.* Superius, *Jud.* 1, 15. Plur. עִלִּיּוֹת *Superiores, Joſ.* 15, 19. *Maſculinum ejus eſſet* עִלִּי.

עִלִּית *f.* Chald. *Cænaculum* : Aff. בְּעִלִּיתֵהּ In cænaculo ſuo, Dan. 6, 10.

מוֹעָל Elatio, Elevatio : בְּמוֹעַל יְדֵיהֶם *Cum elatione manuum ipſorum, Neb.* 8, 6.

מַעַל *unde,* מִמַּעַל Suprà, Supernè, *Gen.* 22, 9. 1. *Reg.* 8, 23. Cum ה paragogico & accentu in penult. manente, מַעְלָה *Suprà, de loco & tempore, ut Exod.* 30, 14. Geminatum, מַעְלָה מַעְלָה *Suprà Suprà, id eſt, Perquàm ſupremè, Deuter.* 28, 43. לְמַעְלָה *Suprà, Surſum verſus, Ezech.* 43, 15. מִלְמַעְלָה *Supernè, Gen.* 6, 16.

מַעֲלֶה Aſcenſus, Clivus, Gradus, Suggeſtum, *Excelſior ſeu Superior locus;* בְּמַעֲלֵה *In aſcenſum, Neb.* 12, 37.

Conſtr.

Digitized by Google

Conſtr. מַעֲלֵה *Aſcenſus*, *Joſ.* 10, 10. עַל־מַעֲלֵה *Super ſuggeſtum Levitarum*, *Neh.* 9, 4. בְּמַעֲלֵה הָעִיר *Per clivum civitatis*, 1. *Sam.* 9, *v.* 11. מִלְמַעֲלֵה הֶחָרֶס *Ab abſcenſu, ſeu, ante aſcenſum ſolis*, *Jud.* 8, 13. Plural. cum Aff. מַעֲלָו *Aſcenſus ejus*, *Ezech.* 40, 31. *cum defectu* י *ante* ו.

מַעֲלָה *fœm.* Gradus, Aſcenſus, Aſcenſio; Excellentia, Dignitas excelſa: הַמַּעֲלָה מִבָּבֶל *Aſcenſus è Babel, Eſr.* 7, 9. הַמַּעֲלָה *Excellentiæ*, *vel*, (*de*) *hac excellentia*, 1. *Par.* 17, 17. Plur. מַעֲלוֹת *Aſcenſiones, Ezech.* 11. 5. וּמַעֲלוֹת *Et gradus, Ezech.* 40. 26. Aff. מַעֲלוֹתָו *Cœnacula ſua, Amos* 9, *verſ.* 6. בְּמַעֲלוֹתָו *Per gradus ejus*, *Ezech.* 40, *verſ.* 6. וּמַעֲלוֹתֵהוּ *Et gradus ejus, Ezech.* 43. *v.* 17. *pro* מַעֲלוֹתָיו.

תְּעָלָה *f.* Aquæductus, 1. *Reg.* 18, 32. *Item* Curatio, Emplaſtrum, *quaſi Obductio vel Aſcenſus cicatricis aut vulneris*, *Jer.* 30, *v.* 13. Conſtr. תְּעָלַת *Aquæductus*, *Jeſa.* 7, 3. Plural. תְּעָלוֹתֶיהָ *Aquæductus ſuos*, *Ezech.* 31, *v.* 4.

עָלַז Exſultavit, Geſtivit, *prægaudio*: Infinit. לַעֲלוֹז *Ad exſultandum, Jeſ.* 23, 12.

עָלֵז *m.* Exſultabundus, *Jeſa.* 5, 14.

עַלִּיז *m.* Idem; Plur. שְׁאוֹן עַלִּיזִים *Sonitus exſultantium*, *Jeſ.* 24, 8. Conſtr. עַלִּיזֵי גַּאֲוָתִי *Exſultantes in excellentia mea, Jeſ.* 13, 3. Fœm. קִרְיָה עַלִּיזָה *Urbs exſultabunda*, *Jeſa.* 22, 2.

עלט עֲלָטָה *fœmin.* Nox-cæca, Tenebræ, Caligo maxima, *Gen.* 15, 17.

עלל Pih. עוֹלֵל Fecit, Operatus eſt: *Et in malum*, Affecit, Confecit: *Item*, Racemavit. Præter. עוֹלַלְתָּ *Feciſti mihi, Thr.* 1, 22 עוֹלַלְתִּי *Redegi vel confeci, Job.* 16, 15. *vel Paſſivè ex Pyhal juxta quosdam, Redactus ſum*; עוֹלְלָה לְנַפְשִׁי *Conficit, Afficit animam meam. Thren.*

Digitized by Google

Thren. 3, 51. Infinit. עולל יעוללו *Racemando racemabunt, Jer.* 6, 9. Pyh. Præt. עולל *Factus eſt, Thren.* 1, 12. Hithp. התעלל Egit, Operatus eſt, Fecit, Factitavit, Machinatus eſt: *Item*, Illuſit, Ludificatus eſt, *& ſic cum* ב *conſtruitur.* Præter. התעלל *Operatus eſt, vel, Præclara geſſit,* 1. *Sam.* 6, 6. התעללתי *Præclarè geſſero, Exod.* 10, *v.* 2. והתעללו בי *Et illudant mihi,* 1. *Sam.* 31, 4. התעללת בי *Ludificata es me, Numer.* 22, 29. Infinit. להתעולל עלילות *Ad agitandum actiones, Pſal.* 141, 4. Futur. ויתעללו־בה *Et malitioſè factitaſſent, vel, Facinus commiſiſſent in eam, Jud.* 19, *verſ.* 25.

עולל *m.* Parvulus, Puerulus, *lactente major, qui ſcilicet agitare aliquid incipit, quaſi Activus dictus, Jer.* 6, 11. Plural. עוללים *Parvulos, Joël.* 2, 16. Aff. עולליה *Parvuli ejus, Thren.* 1, 5.

עולל *m.* Idem: מעולל ועד־יונק *A puero usque ad lactentem,* 1. *Sam.* 15, 3. Plur. כעוללים *Sicut parvuli, Job.* 3, 16. Conſtr. עוללי *Parvuli, Thren.* 2, 20. Aff. עולליהם *Parvuli eorum, Hoſ.* 14, 1.

מעולל *maſcul.* Parvulus, *ſed conſilio, & judicio, Jeſa.* 3. *verſ.* 12.

עליל *m.* Catinus, *vas in quo purgantur metalla, quaſi Operatorium vel Laboratorium dictum, Pſ.* 12, 7.

עלילה *fœm.* Actio, Opus, Facinus; Occaſio: Plural. עלילות *Actiones, Facinora: Item, Occaſiones, Deut.* 22, 14. Aff. עלילותיו *Actiones ejus, Jeſ.* 12, 4.

עלא: עלה *f.* Chald. *Cauſa, Occaſio,* Dan. 6, 4. *Sic Verbum* התעלל *eſt Cauſam, Occaſionem quærere.*

עליליה *f.* Actio, *Jerem.* 32, 19.

עוללות *f. pl.* Racemationes, Racemi, *Jeſa.* 17, *v.* 6. Conſtr. כעוללות *Sicut racemi vindemiæ, Mich.* 7, 1.

עול

עול m. Jugum, *quaſi Operatorium dictum, Num.* 19, 2. Aff. עֻלּוֹ *Jugum ejus, Gen.* 27, 40.

בְּלִיַּעַל m. Nequitia, Nequam, *quaſi* בְּלִי עוֹל *Absq; jugo, qui jugum laboris, pietatis, ac legis Dei excuſſit, ac proinde nihil boni agit; vel quaſi* בַּל יוֹעִיל *Qui nihil prodeſt, qui nullius frugis & utilitatis eſt* אֲנָשִׁים בְּנֵי־בְלִיַּעַל *Homines filii nequitiæ, id eſt, nequiſſimi, Deut.* 13, 13. דָּבָר בְּלִיַּעַל *Res nequam, Deut.* 15, 9. דְּבַר בְּלִיַּעַל *Res nequiſſima, Pſ.* 41, 9 & 101, 3. בַּת בְּלִיַּעַל *Filia nequitiæ, id eſt, fœmina nequam,* 1. *Sam.* 1, 16. *Chald. & Kimch. Filia improbitatis:* אַנְשֵׁי הַבְּלִיַּעַל *Homines nequiſſimi,* 1. *Reg.* 21, 13. *Apud Talmudicos ad Deut* 13. בני בליעל *id eſt,* שפרקו עול שמים מצואריהם *qui ruperunt jugum Dei à cervicibus ſuis, Sanhedrin fol.* 111. 2.

מַעֲלָלִים m.p. Actiones, 1. *Sam.* 25, 3. Conſt. מַעַלְלֵי אֵל *Operum Dei, Pſal.* 78, 7. Aff. מַעֲלָלָיו *Actionum ſuarum. Jerem.* 17, 10.

תַּעֲלוּלִים *m. p.* Facinora, Ludificationes: *Et metonymicè,* Facinoroſi, Ludificatores, *Jeſ.* 3, 4. *R. Sal.* לֵצָנִים Illuſores, *Chald.* חַלָּשַׁיָּא Debiles, *ſcil. mente & judicio, Pueriles:* Aff. בְּתַעֲלוּלֵיהֶם *Ludificationes ipſorum, Jeſ.* 66, 4.

עלל עַל Chald. *Acceſſit, Intravit, Ingreſſus eſt.* Frequenter pro Hebr. בוא *Venire*, in Targum uſurpatur: Præt. defectivum, עַל Ingreſſus eſt, Dan. 2. v. 16. עַלַּלַת Acceſſit, Ingreſſus eſt, Dan 5, 10. ſcribitur cum ל redundante, & legitur, עַלַּת: Sic Partic. עָלְלִין Ingredientes, Dan. 4, 4. *Aphel* Præt. הַנְעֵל *Introduxit,* Dan. 2, 25. cum Epentheſi נ Imper. הַעֵלְנִי Introduce me, Dan. 2, 24. Infin. Cum ה paragogico, לְהַעָלָה Ad adducendum, Dan. 5, 7. & Epentheſi נ. לְהַנְעָלָה Adducere, Dan 4. 3. *Hophal,* Præter. הֻעַל Adductus, Introductus eſt, Dan. 5, 13. הֻעַלוּ Introducti ſunt, Dan. 5, 15. Nomen plural. Conſtr. עַד־מֶעָלֵי שִׁמְשָׁא

Uſque

Uſque ad ingreſſus, id eſt, occaſum ſolis, Dan. 6, 14.

עלית · עֲלִית Vide in præced. Radice.

עלם Niph. נֶעֱלַם Latitavit, Abditum, Abſconditum, Occultum fuit: *Conſtruitur cum Præpoſ.* מִן Præt. נֶעְלַם מִשְּׁלֹמֹה *Abſconditum fuit à Salomone*, 2.*Par*. 9, 2. וְנֶעֶלְמָה *Et abſcondita eſt ab oculis, Job*. 28, 21. Part. נֶעְלָם מִמֶּלֶךְ *Occultum à rege, Eccl*. 12, 14. Pl. נַעֲלָמִים *Abſconditi, Pſ*. 26, 4. Fœm. נַעֲלָמָה *Abſcondita eris, Nah*. 3, 11. Hiph. הֶעְלִים Abdidit, Abſcondit, Celavit, Occultavit: Præter, הֶעְלִים מִמֶּנִּי *Celavit me*, 2.*Reg*. 4, 27. Hithp. הִתְעַלֵּם *Abſcondit ſe, Occultavit ſe*. Præt. וְהִתְעַלַּמְתָּ *Et occultabis te, Dan*. 22, 1.

עֶלֶם *m*. Adoleſcens, Puer adultus, *qui domi in parentum cura Latitat*, 1. *Sam*. 17, 56. לָעֶלֶם *Adoleſcenti iſti*, 1. *Sam*. 20, 22.

עַלְמָה *fœm*. Adoleſcentula, Puella, Virgo, *domi adhuc Latitans, neque nuptum propalàm educta*: Plur. עֲלָמוֹת *Puellæ, Cant*. 1, 3. *id eſt*, בְּתוּלוֹת *Virgines, juxta R.Salomonem*: נערות קטנות *Puellæ parvæ, juxta Aben Eſram*: *at* עַל־עֲלָמוֹת *Super Alamoth, Pſal*. 46, 1. & 1. *Chron*. 15, 20. *Plerique Hebræorum nomen Inſtrumenti muſici, aut Initium vulgaris cantici eſſe exiſtimant. Quidam Muſicam acutæ vocis eſſe volunt, quam virgines commodè exprimunt, ut eſt muſicorum Superior & Altus. Hebræi Nomen hoc* עַלְמָה *ætatis eſſe volunt, non ſtatus virginei ſimpliciter, ſed notare Juvenculam tam tactam quàm intactam. Extat autem ſolùm in ſequentibus locis, Geneſ*. 24, 23. *Exod*. 2, 8. *Pſ*. 68, *v*. 26. *Proverb*. 30, 19. *Cant*. 1, 3. & 6. *v*. 8. *Jeſa*. 7, 14. *Multi noſtrorum ubiq; Virginem incorruptam ſignificare volunt: Judæi duo loca excipiunt, Jeſaja & Proverbiorum; illum falsò, hunc probabiliter, ut & noſtrorum nonnulli, pro virgine corrupta, virginitatem tamen*

Digitized by Google

tamen adhuc profitente, illic exponunt, propter comparationem cum uxore adultera, verſ. 20. quæ marito fidem conjugalem occultè frangit.

עלומים *m. p.* Adoleſcentia, *pars ætatis Occulta, cùm ad officia publica raro adhibeatur:* Aff. עלומיו *Adoleſcentiæ ejus, Pſ.* 89, 46. עלומנו *Occulta noſtra, Pſ.* 90, 8. *id eſt, Peccata adoleſcentiæ noſtræ, quæ nobis ſunt incognita & Occulta :* עלומו *Peccato adoleſcentiæ, ejus, Job.* 20, 11. עלומיך *Adoleſcentiæ tuæ, Jeſ.* 54, 4.

תעלומה *f.* Abſconditum, *Job.* 28, 11. Plur. תעלומות *Abſcondita, Pſal.* 44, 22.

עולם *m.* Seculum, *Tempus homini abſconditum, tam infinitum & æternum, quàm finitum, ut Gen.* 17, 8. *Exod.* 21, 6. 1. *Sam.* 1, 22. & 13, *v.* 13. 2. *Sam.* 12, 10. &c. מן־העולם *A ſeculo, id eſt, Jam olim.* לעולם *In ſeculum, Exod.* 21, 6. Aff. עולמו *Seculi ſui, Eccleſ.* 12, 5. Plural עולמים *Secula,* 1. *Reg.* 8 13. לעולמים *In ſecula, Eccleſ.* 1, 10. Conſtruct. עד־עולמי עד *Uſque ad ſecula æternitatis, Jeſ.* 45, 17. עולם *Eſt ſpatium* 50. *annorum, Raſchi ad Exod.* 21, *v,* 6. *Vide & Aben Eſram.*

עלם · עלמא Chald. *Seculum :* ולחי עלמא Et viventem in perpetuum, Dan. 4 41. Plural. לעלמין In ſecula, Dan. 5, 10. לעלמיא Dan. 2, 44.

עילום *maſcul.* Idem : לעילום *In ſeculum,* 2. *Par.* 33. *verſ.* 7.

על־מות *Pſ.* 49, 15. *vide in* מות : *At illius* על־מות לבן *R. S lom. tam varias Hebræorum interpretationes citat, ut adduci hoc loco omnes non poſſint, ſitq́; difficile optimam eligere. Incertæ ſunt omnes. Hæc vocabula, ut alia plura in titulis Pſalmorum, Hebræis ipſis nondum ſatis explorata ſunt. Vide ſuprà in* בין·

עלם

עָלַס Exſultavit: Futur. יַעֲלוֹס Exſultabit, *Job.* 20, v.18. Niph. Præt. נֶעֱלָסָה Exſultabunda, *Job.* 39, 16. Hithp. Futur. נִתְעַלְּסָה בָּאֳהָבִים *Exſultemus, exhilaremus nos amoribus, Prov.* 7, 8.

עלע Pyh. עֻלַּע Lambere, Sorbere: Futur. וַיְעַלְעוּ *Lambent: Job.* 39, 33. *Vide in* לוּעַ.

עִלְעִין *m. pl.* Chald. *Coſtæ*, Dan. 7, v.5. ab Hebræo צֵלָע mutato, ut aliâs, צ in ע.

עלף Pih. עִלֵּף Texit, Obtexit. *Metaphoricè*, Animo deficere, *quaſi dolore Contegi.* Pyh. Præter. עֻלְּפוּ *Animo deficiunt, Jeſ.* 51, 20. Part. fœmin. מְעֻלֶּפֶת *Tectum, Cant.* 5, 14. Hithp. Fut. וַיִּתְעַלָּף *Et animo defecit, Jonæ* 4, 8. וַתִּתְעַלָּף *Et obtexit ſe, Geneſ.* 38, 14. תִּתְעַלַּפְנָה *Animo deficient, Amos* 8, 13. *Convenit cum* עָטַף: *literis* ט & ל *permutatis.*

עֻלְפֶּה *m.* Defectum, Laſſum, *Ezech.* 31, 15.

עָלַץ Exſultavit, 1. *Sam.* 2, 1. Infinit. בַּעֲלֹץ *Quum exſultant, Proverb.* 28, 12. *Convenit cum* עָלַס & עָלַז.

עֲלִיצוּת *fœm.* Exſultatio: Aff. עֲלִיצֻתָם *Exſultatio eorum, Habac.* 3, 14.

עלק עֲלוּקָה *f.* Sanguiſuga, Hirudo: לַעֲלוּקָה שְׁתֵּי בָנוֹת *Sanguiſugæ duæ ſunt filiæ, Prov.* 30, 15.

עִלִּית עִלִּיתָא *Vide ſuprà in* עָלָה.

עָמַד Stetit, Aſtitit, Subſtitit, Perſtitit: Manſit, Permanſit. *Conſtruitur abſolutè & frequenter cum Præpoſitione* ב & עַל. Præt. לֹא עָמַד *Non conſtitit, Joſ.* 32, 9. עָמַדְתָּ *Stetiſti, Deut.* 4, 10. &c. Fut. יַעֲמֹדְנָה *Stabunt, Dan.* 8, 22. *Simile in* יָשַׁר. Hiph. הֶעֱמִיד Stare, Subſiſtere, Permanere fecit; Stitit, Statuit, Conſti-

Digitized by Google

tuit, Inſtituit, Reſtituit: Stabilivit, Diſtinuit: Præt. הֶעֱמִיד *Conſtituit*, 2. *Paral.* 19, 8. הֶעֱמַדְתָּה *Conſtituiſti*, *Pſ.* 30, 8. *&c.* Hoph. Partic. מָעֳמָד *Diſtentus erat*, *Diſtinebatur*, 1. *Reg.* 22, 35. וְאֵין מָעֳמָד *Et non eſt ſtabilitum, ſtabile*, *Pſ.* 68, 3. *Aben Eſra vult eſſe Nomen, Status, Standi locus.* Futur. יָעֳמַד, *Siſtitor*, *Lev.* 16, 10.

עַמּוּד *m.* Columna, *quaſi Statuam vel Statumen dicas*, *Exod.* 13, 22. Plural. עַמּוּדִים 1. *Reg.* 7, 41. Conſtr. עַמּוּדֵי הֶחָצֵר *Columnæ atrii*, *Exod.* 38, 17. Aff. עַמּוּדָיו *Columnas ejus*, *Exod.* 36, 28.

עֶמְדָּה *fæm.* Conſtitutio: Aff. עֶמְדָּתוֹ *Conſtitutionem ſuam*, *Mich.* 1, 11.

עִמָּדִי *m.* Mecum, *Pſal.* 23, 4. *quaſi*, *Apud me Stans*; *nec reperitur cum aliis Affixis.*

מַעֲמָד *maſc.* Status, Statio, Conſtitutio: Conſtr. וּמַעֲמַד *Et ſtatum*, 1. *Reg.* 10, 5. Aff. וּמִמַּעֲמָדְךָ *Et de ſtatione tua*, *Jeſa.* 22, 19. מַעֲמָדָם *Conſtitutio eorum*, 1. *Paral.* 23, 28.

עָמַל Laboravit, Elaboravit: Moleſtiam attulit vel Intulit. Præterit. שֶׁלֹּא עָמַל־בּוֹ *In quo non laboravit*, *Eccleſ.* 2, 21.

עָמֵל *m.* Laborioſus, Ærumnoſus, Moleſtus, *Job.* 20. *v.* 22. Plural. לְהַלְמוּת עֲמֵלִים *Ad malleum laborantium*, *Jud.* 5, 26.

עָמָל *m.* Labor, Moleſtia. Perverſitas, *Numer.* 23, 21. Conſtr. עֲמַל הָאָדָם *Labor hominis*, *Eccleſ.* 6, 7. *fæm. eſt*, *Eccleſ.* 10, 15. Aff. עֲמָלוֹ *Labor ejus*, *Pſal.* 7, 17. עֲמָלֵנוּ *Laborem noſtrum*, *Deut.* 26, 7.

עָמַם Texit, Operuit, Abſcondit: Obſcuravit, *ex Chaldaicæ linguæ uſu.* Præterit. עֲמָמֻהוּ *Abſcondebant eam*, *Ezech.* 31, 8. עֲמָמוּךָ *Abſconderunt à te*, *Ezech.* 28, 3. Hoph. Futur. יוּעַם זָהָב *Obſcuratur aurum*, *Thren.* 4, 1.

עם

עם עַם· עָם *c. ſed m. ſæpiùs,* Populus: *Fœmininum eſt, Jeſ.* 26, 20. *Jer.* 8, 5. *Jud.* 18, 7. *Dicitur & de* Multitudine animalium quorundam, *ut de* Locuſtis, *Joël.* 2, 2. *de* Formicis, *Prov.* 30, 25. Cuniculis, *ſive juxta alios,* Muribus montanis, *Prov.* 30, 26. *Similia apud profanos ſcriptores reperiuntur, ut Columella de Apibus:* Duo populi conjungendi ſunt. *Manilius de Avibus:* Aërei populi. *Idem de piſcibus;* Populos exponere captos. *Similis locutio eſt, Jer.* 15, 15. *Et præficiam eis quatuor familias, gladium, canes, aves, beſtias.* Aff. לְעַמּוֹ *Populo ſuo, Pſ.* 111, 6. Plur. עַמִּים *Populi, Jeſ.* 10, 13. Conſt. עַמֵּי *Deut.* 28, 10. Aff. עַמֶּיךָ *Populos tuos, Num.* 27, v. 13. Et plurale perf. וַעֲמָמִים *Et populos, Neh.* 9, 22. Conſtr. וְאֶת־עַמְמֵי *Et populos terræ, Neh.* 9, 24. Aff. בַּעֲמָמֶיךָ *In populis tuis, Jud.* 5, 14. Chald. וְעַם Et populum, Eſr. 6, 12. *Emph.* וְעַמָּה Ac populum, Eſr. 5, v. 12 *vel* עַמָּא Eſr. 7, 16. Plurale perfectum, עַמְמַיָּא O populi, Dan. 3, 4.

עם עִם Cum: *Et quandoque* Juxta, Propè, Apud, *ut Geneſ.* 35, 4. Cum מ ab initio, *A, E:* מֵעִם בִּרְכָּיו *A vel è genibus ejus, Gen.* 48, 12. Aff. עִמּוֹ *Cum ipſo,* עִמְּךָ *Tecum,* עִמִּי *Mecum,* מֵעִמִּי *A me,* מֵעִמּוֹ *Ab eo,* מֵעִמָּנוּ *A nobis, &c.* Chald. עִם· Dan. 2, 11. עִמָּךְ Tecum, Eſr. 7, 13. עִמְּהוֹן Cum eis, &c.

עמם Oneravit, Onus impoſuit: *Interdum ſcribitur cum* שׂ *loco* ם. Partic. עוֹמְשִׂים *Onerantes, Neh.* 4, v. 17. עוֹמְסִים *Onerabant, Neh.* 13, 15. עוֹמְסֶיהָ *Oneratores illius, onerantes ſe eo, Zach.* 12, 3. Partic. Præter. הַעֲמֻסִים *Qui bajulamini. Jeſ.* 46, 3. Fœm. עֲמֻסוֹת *Onerata, Jeſ.* 46, 1. Futur. וַיַּעֲמֹס *Et oneravit, Gen.* 44, 13. Hiph. Præter. הֶעֱמִיס עֲלֵיכֶם *Oneravit ſuper vos,* 1. *Reg.* 12, 11.

מַעֲמָסָה Onus, *Zach.* 12, 3.

עמק Profundum eſſe: Præterit. עָמְקוּ מַחְשְׁבֹתֶיךָ *Profundæ ſunt cogitationes tuæ, Pſal.* 92, v. 6.

Hiph. Præter. הֶעֱמִיק Profundavit, Profundum fecit, *Jeſ.* 30, 33. הֶעְמִקוּ *Profundarunt habitare, Jer.* 49, 8. *id eſt, Profundas habitationes petent & abſtruſas.*

עָמֹק *m.* Profundus, *Lev.* 13, 3. Plur. עֲמֻקִּים *Profunda, Prov.* 18, 4. Fœmin. עֲמֻקָּה *Profunda, Prov.* 22, 14. Plural. עֲמֻקּוֹת *Job.* 12, 22.

עָמֵק *m.* Idem: Plural. Conſtr. עִמְקֵי שָׂפָה *Profundi ſermonis, Jeſa.* 33, 19. בְּעִמְקֵי *In profundis, ſcil. locis, vel Profunditatibus, Prov.* 9, 18.

עֵמֶק *m.* Vallis, *à Profunditate, Gen.* 14, 13. עִמְקֵךְ *Vallis tua, Jer.* 49, 4. Plural. עֲמָקִים 1. *Reg.* 20, 28.

עֹמֶק *m.* Profunditas, *Prov.* 25, 3.

מַעֲמַקִּים *m. p.* Profunditates, *Pſal.* 130, 1. Conſtruct. מַעֲמַקֵּי־יָם *Profundum maris, Jeſa.* 51, 10.

עֲמִיקָתָא עֲמִיקָן *f. p.* Chald. *Profunda,* Dan. 2, 22.

עמר Pih. עִמֵּר Manipulos fecit. Partic. מְעַמֵּר *Manipulos faciens, Pſal.* 129, 7. Hithp. הִתְעַמֵּר Ad quæſtum vel lucrum uti aut abuti alicujus ſervitute. *Conſtruitur cum Præpoſit.* ב: Præt. וְהִתְעַמֶּר־בּוֹ *Et ad quæſtum abuſus fuerit eo, Deut.* 24, 7. Fut. לֹא תִתְעַמֵּר בָּהּ *Ne utitor eâ ad quæſtum, Deut.* 21, 14. *Hic R. Salomon ſcribit, Servitutem aut ſervile miniſterium Perſicè vocari* עִימְרָאֲרִי.

עֹמֶר *maſc.* Homer. *menſura aridorum, decima pars Ephæ, Exod.* 16, *v.* 36. *Vide infrà in* קבב: *Item,* Manipulus, *Deut.* 24, 19. Plural. הָעֳמָרִים *Manipuli, Ruth.* 2, 15.

עָמִיר *m.* Manipulus, *Amos* 2, 13.

עֲמַר *m.* Chald. *Lana,* Dan. 7, 9, ab Hebræo צֶמֶר mutato צ in ע, ut ſæpè.

עמת Secundùm, Juxta: כָּל־עֻמַּת שֶׁבָּא *Omnia ſecundùm (ut Latinè, Ea propter) ut venit. Eccl.* 5. *v.* 15. *i. e. Omninò prout venit, ſic abiit,* כ *notat ſimilitudinem,*

dinem, & debebat regulariter dici כִּלְעֻמַּת *id eſt,* כְּנֶגֶד E regione, Ex adverſo: *vel* כַּאֲשֶׁר Prout, Quemadmodum: *ſed diviſæ ſunt voces, ut & alias factum. Et* עֻמַּת *nunquam uſurpatur absque præfixo,* ל, *ſicut etiam ſemper dicitur* לְמַעַן *ſcribit Kimchi in libro Radicum: Et ſic,* לְעֻמַּת הַמִּסְגֶּרֶת *E regione clauſuræ vel teniæ, Exod. 25, v. 27.* מִלְּעֻמַּת הַבֶּטֶן *E regione ventris, id eſt, projecturæ, 1.Reg.7.20.* Aff. לְעֻמָּתוֹ *Ex adverſo ejus, 2. Samuel. 16, 13.* לְעֻמָּתָם *E regione illorum, Ezech,1,20.* Plur. לְעֻמּוֹת אַחַד *Ex adverſo uniuscujusque partium illarum, Ezech. 45, 7.*

עָמִית *m.* Socius, Proximus, *qui è regione alicujus & circa aliquem eſt:* Aff. אֶת־עֲמִיתוֹ *Proximum ſuum, Levit. 6, 2.*

ענב *m.* Uva, *Deut. 32, 14* Plur. עֲנָבִים *Geneſ. 40, verſ. 10.* Conſtr. עִנְּבֵמוֹ עִנְּבֵי רֹאשׁ *Uvæ eorum ſunt uvæ veneni, Deut. 32, 32. ubi & Affixum eſt, ſcriturq́, juxta Maſorethas ex forma plurali defectivè, pro* עֲנָבִימוֹ.

ענג Pyh. עִנֵּג Deliciari: Partic. Fœmin. וְהַמְּעֻנָּגָה *Delicata, delicatè nutrita, Jer. 6, 2.* Hithp. הִתְעַנֵּג Oblectare ſe, Delicias agere: *Conſtruitur cum Prapoſ.* ב & עַל. Præt. וְהִתְעַנְּגוּ עַל־רֹב שָׁלוֹם *Et oblectabunt ſe in multitudine pacis, Pſalm. 37, 11.*

עָנֹג *m.* Delicatus, *Deut. 28* Fœm. עֲנֻגָּה Delicata, *Deuter. 26, 56.*

עֹנֶג *m.* Delicium, Deliciæ, Voluptas, *Jeſa. 13, 22.*

תַּעֲנוּג *m.* Oblectatio. *Prov, 19, 10.* Plur. בַּתַּעֲנוּגִים *In deliciis, Cantic. 7, 6.* Aff. תַּעֲנוּגֶיהָ *Deliciarum ſuarum, Mich. 2, 5.* Fœm. וְתַעֲנֻגוֹת *Et delicias, Eccleſ. 2, 8.*

ענד Alligavit, Annexuit: Imperat. עָנְדֵם *Annecte ea, Prov. 6, 21.* Futurum, אֶעֶנְדֶנּוּ *Annectam eum, Job. 31, 36.*

Digitized by Google

ענה Reſpondit, Exaudivit: *quaſi re vel verbis petenti reſpondit: Inde latiſſimè ſumitur pro* Dixit, Locutus, Allocutus, Prolocutus eſt. Fatus fuit: Teſtificatus, Atteſtatus. Conteſtatus fuit, & *ſic ferè cum Præpoſitione* ב *conſtruitur*: Clamavit, Acclamavit: Cecinit, Cantavit: *Item,* Afflixit, Humiliavit, Demiſit, Depreſſit ſe, Afflictus ac Depreſſus fuit. Præter. עָנָה *Reſpondit, Jerem.* 23, 35. עָנָה *Teſtificatus eſt contra me, Ruth.* 1, 21. עָנָהוּ *Dixit ei,* 1. *Sam.* 9, 17. *&c.* Chald. Præt. עֲנוֹ Reſponderunt, Dan. 2, 7. עֲנָת Reſpondit illa, Dan. 5, 10. Partic. præſ. עָנֵה Loquens, Reſpondens, Dan. 2. Plural. עָנַיִן Reſpondebant, Dan. 3, 24. Niph. נַעֲנָה Reſponſare, Exorari, Exoratus reſpondere: Exaudiri, Affligi: Præterit. נַעֲנֵיתִי *Reſponſabo, quaſi Exorabilem vel Reſpondentem exhibebo me ei, Ezech.* 14, *v.* 4. *Afflictus ſum, Pſalm.* 119, 107. Partic. נַעֲנֶה *Afflictus eſt, Jeſa.* 53, 7. *Item Reſponſabo, Reſponſans ero, Sinam me induci ut reſpondeam, Ezech.* 14, 7. Fœmin. נַעֲנָה *Afflicta, Jeſa.* 58, 10. Infin. לֵעָנוֹת *Demittere, Abjicere ſe, Exod.* 10, 3. *pro* לְהֵעָנוֹת *cui ſimile vide in* רָאָה *in Niphal.* Futur. אֵעָנֶה *Exaudiar, Job.* 19, 7. Pih. עִנָּה Afflixit, Compreſſit, Subegit, *pudicitiæ ſcil. violandæ cauſâ*: Cecinit, Cantavit: Præterit. לֹא עִנָּה *Non afflixit, Thren.* 3, 33. עִנִּיתָהּ *Compreſſiſti eam, Deut.* 21, 14. Infinit. עַנּוֹת *Cantare, Exod.* 32, 18. *Pſal.* 88, 1. [illegible]. וְעַנּוּ אוֹתָם *Et comprimite eas, Jud.* 19, 24. Pyh. Præter. כִּי־עֻנֵּיתִי *Quòd affligor, Pſalm.* 119, 71. Particip. מְעֻנֶּה *Afflictus, Jeſa.* 53, 4. Infin. אֵת כָּל־עֻנּוֹתוֹ *Omnis affligi ejus, id eſt, omnium afflictionum ejus, Pſalm.* 132, *verſ,* 1. Hiph. Particip. מַעֲנֵה בְּשִׂמְחַת לִבּוֹ *Reſpondet, Annuit, Teſtimonium perhibet lætitiæ cordis ejus, Eccleſ.* 5, 19. Futur. יַעֲנֵנִי *Reſpondere facit me, Job.* 20, 3. & *Job.* 31, 35. *juxta quosdam*: וְיַעֲנֵם *Et conteſtabitur iſtos, Pſal.* 55, 20. *Vix plura*

plura in hac conjugatione reperias. Hithp. Præt. הִתְעַנָּה *Afflictus eſt:* הִתְעַנִּיתָ *Afflictus es, vel Afflixiſti te, 1. Regum 2, 26.* Infin. לְהִתְעַנּוֹת *Ut affligeremus nos, Eſræ 8. v. 21.* Imperativ. הִתְעַנִּי *Demitte te, Gen. 16, 19.*

עָנָו *m.* Manſuetus, Humilis, *Numer. 12, 3.* Plur. עֲנָוִים *Manſueti, Pſal. 10, 17.* Conſtr. עַנְוֵי *Soph. 2, 3.*

עֲנָוָה *f.* Manſuetudo, Abjectio, Humilitas, *Prov. 15, 33.*

עַנְוָה *f.* Idem: *Pſalm. 45, 5.* Aff. וְעַנְוָתְךָ *Et manſuetudo tua, Pſal. 18, 36. pro quo legitur* וַעֲנֹתְךָ *2. Sam. 22, 36.*

עָנִי *m.* Afflictus, Pauper, *Deut. 24, 12.* Aff. בְּעָנִיֶּךָ *Erga pauperem tuum:* Plur. עֲנִיִּים *Pauperes, Job. 34, 28.* Conſtr. עֲנִיֵּי *Job. 24, 4.* Aff. וַעֲנִיָּיו *Et pauperum ſuorum, Jeſa. 49, 13.* Chald. עֲנָיִן Afflicti, Dan. 4, 24. Fœm. עֲנִיָּה Paupercula, *Jeſa. 10, 13.*

עֳנִי *m.* Afflictio, Paupertas: רָאָה עֳנִי *Expertus eſt afflictionem, Thren 3, 1.* In pauſa עֹנִי *Deut. 16, 3.* Aff. עָנְיִי *Afflictionis meæ, Gen. 41, 52.* עָנְיָם *Afflictionem eorum Ezech. 4, 31.*

עוֹנוֹת *fœm. pl.* Sulci, *juxta Aben Eſram, quaſi idem quod* מַעֲנִית *quod ſequitur:* לִשְׁתֵּי עוֹנֹתָם *In duobus ſulcis ſuis, Hoſ. 10, 10. Vide ſuprà in* עוֹנָה *in Nomine* עָוֹן.

עֱנוּת Afflictio, *Pſal. 22, 25.*

עִנְיָן *maſc.* Occupatio, Negotium, *moleſtum propriè, quod hominem Affligit, Eccleſ. 1, 13.* Conſtr. עִנְיַן *Eccl. 4, 8. & 5, v. 13.*

תַּעֲנִית *f.* Jejunium, *ab Affligendo:* Aff. קַמְתִּי מִתַּעֲנִיתִי *Surrexi à jejunio meo, Eſr. 9, 5.*

לְמַעַן Ut, Propter; *huc quidam reducunt, quaſi cauſæ redditionem & reſponſionem denotet. Vide in* מַעַן.

יַעֲנָה יַעֲנָה *f.* Ulula. *avis deſerta incolens, à voce Reſonante ſic dicta, Jeſa. 13, 21.* Plurale ex forma altera; יְעֵנִים *Ululæ, Thren. 4, 3.* *LXX.* Struthionem reddunt.

Digitized by Google

מַעֲנֶה *m.* Reſponſio, Reſponſum, Exauditio, Locutio, Sermo: Conſtr. מַעֲנֵה אֱלֹהִים *Exauditio Dei, Mich.* 3, 7. מַעֲנֵה לָשׁוֹן *Reſponſio linguæ, Prov.* 16, 1.

מַעֲנָה *f.* Jugerum, *à Subigendo,* 1. *Sam.* 14, 14.

מַעֲנִית *f.* Sulcus, Striga: Aff. לְמַעֲנוֹתָם *Sulcum ſuum, Pſalm.* 129, 3. *ſcribitur cum* ו *ac ſi eſſet in forma plurali; ſed juxta Maſorethas legendum* לְמַעֲנִיתָם.

עָנָן *maſcul.* Nubes, *Ezech.* 1, 4. Conſtruct. כַּעֲנַן בֹּקֶר *Sicut nubes manè. id eſt, matutina, Hoſ.* 6, 4 Aff. עֲנָנוֹ *Nubis ſuæ, Job.* 37, 15. וַעֲנָנְךָ *Et nubes tua, Num.* 14. 14. Fœmin. עֲנָנָה *Nubes, Job.* 3, 5. Chald. Plurale, maſcul. Conſtruct. עִם־עֲנָנֵי שְׁמַיָּא Cum nubibus cœli, Dan. 7, 13.

עָנַן Pih. Obnubilare: Infin. בְּעַנְנִי עָנָן *Quum obnubilavero nube terram, Gen.* 9, 14. *pro* בְּעַנְּנִי.

עוֹנֵן *Vide ſuprà in* עון.

עָנָף *m.* Ramus, *Ezech.* 17, 8. Conſtr. וַעֲנַף עֵץ *Et ramum arboris, Lev.* 23, *verſ.* 40. Plural. cum Aff. וַעֲנָפֶיהָ *Et ramos ejus, Pſal.* 80, 11.

עָנָף *m.* Idem: Aff. עַנְפְּכֶם *Ramum veſtrum, Ezech.* 36, 8. Chald. עַנְפּוֹהִי Ramos ejus, Dan. 4, 11. וּבְעַנְפּוֹהִי Et in ramis ejus, v. 9.

עֲנֵפָה *f.* Ramoſa, Frondoſa, *Ezech.* 19, 10.

עֲנָק *m.* Torques, *Cant.* 4, 9. Plural. וַעֲנָקִים *Et torques, Prov.* 1, 9. Fœm. מִן־הָעֲנָקוֹת *Præter torques, Jud.* 8, 26.

עָנַק Torque, Torquis in modum cingere. Præterit. עֲנָקַתְמוֹ *Ut torque cingit eos, Pſal.* 73, 6. Hiph. הֶעֱנִיק Ornare juxta pleroſque, ſcil. muneribus, Munerare, Muneribus afficere, *quæ aſpectui proſtent. R. Salom. & Aben Eſra.* Infinit. cum Futuro, הַעֲנֵיק תַּעֲנִיק לוֹ *Munerando munerabis illi, Deut.* 15, 14.

ענק Anak, *Nomen proprium gigantis celebris, Num.* 13, 23, *quod poſtea ad omnes gigantes traductum fuit, qui vel* עֲנָקִים Anakitæ, *vel* Filii Anakitarum, *inde dicti ſunt, Deut.* 1. & 2. & *alibi: R. Salomon ſcribit, ſic dictos fuiſſe,* שמעניקים חמה בקומתן *quòd injicerent terrorem ſtaturâ ſuâ.*

ענש Punivit, Pœnâ affecit, Mulctavit, Mulctam impoſuit: Præt. וְעָנְשׁוּ *Et mulctabunt, Deut.* 22, 19. Niph. Præter. נֶעֱנָשׁוּ *Mulctati ſunt, Prov.* 27, 12. Futur. יֵעָנֵשׁ *Mulctabitur, Exod.* 21, 22.

עוֹנֶשׁ *m* Mulcta, *Proverb.* 19, 19. Chald. לַעֲנָשׁ־נִכְסִין Ad mulctam facultatum, Eſr. 7, 26.

ענת Chald. *Tempus:* כְּעֶנֶת Juxta tempus, Eſr. 4, 10. *id eſt, tali die, menſe, anno, ut literis præfigi ſolebat:* Contractè, וּכְעֶת *v.* 17. *Quidam ad* עת *referunt, ut* נ *ſit epentheticum. Multi volunt eſſe proprium nomen loci. Vide Aben Eſram prolixè, Eccleſ.* 9, 11.

עסס Calcavit, Conculcavit: Præterit. וְעַסּוֹתֶם *Et conculcabitis, Mal.* 4, 3.

עָסִיס *m.* Succus, Muſtum, *à Calcando, Joël.* 1, 5. Conſtr. מֵעֲסִיס רִמֹּנִי *De ſucco malogranatorum, Cant.* 8, 2. וְכֶעָסִיס *Et quaſi muſto, Jeſ.* 49, 26.

עפא עֳפָאִים *m. plur.* Rami, Frondes: *Chaldæum eſt:* מִבֵּין עֳפָאִים *E medio ramorum, Pſal.* 104, *verſ.* 12. עֳפִי Chald. Idem: Aff. וְעָפְיֵהּ Et rami ejus, Dan. 4, 9.

עפל עוֹפֶל *m.* Clivus: *Editior locus fuit urbis Jeruſalem, poſt templum verſùs occidentem, inter Gichonem torrentem & portam piſcium, ut apparet ex* 2. *Chron.* 33, 14. *quem inhabitarunt Nethinæi, Neh.* 3, 26. *Quidam Nomen arcis in urbe fuiſſe exiſtimant: Alii Nomen proprium certi loci, quem* Ophlam *appellat Joſephus de Bel-*

Digitized by Google

Jud. lib.6.cap.6. ubi ſitum Urbis deſcribit. Fuit & alius quidam clivus, de quo 2. Reg. 5, 24.

הֶעְפִּיל Hiph. In altum contendere, Impetuosè conari & contendere. Futur. וַיַּעְפִּלוּ *Et impetuosè contenderunt, Numer.* 14, 44. *R. Salomon,* Obfirmarunt, *Extulerunt animum ſuum, Elato animo contenderunt.* Pyh. Præt. עֻפְּלָה *Effert ſe, Elata eſt, Habac.* 2, 4.

עֳפָלִים *m. p.* Hæmorrhoides, Mariſcæ, *Deuter.* 28, 27. 1. *Sam.* 5, & 6. *Propriè autem hæc vox eſt* כִּנּוּי לְתַחְתּוֹנִיּוֹת *Cognomen inferiorum partium corporis, quæ ſic obſcœnè Hebræis ab Elevatis clunibus appellantur. Priſci ergò Hebræi pro ea ſubſtituerunt aliam pronunciatu honeſtiorem, nempe* טְחֹרִים *quæ propriè morbum ani denotat, ſcribit Kimchi in lib. Radicum, & in Commentariis. Rab. Levi notat;* טְחֹרִים *eſt morbus graviſſimus, in quo egreditur ſanguis multus, maximè verò, quando extraordinariè à Deo immiſſus eſt. A Talmudicis itaque hæc vox inter eas etiam relata eſt, quæ honeſtatis causâ correctæ ſunt, Cod. Megilla, cap. 3. in fine: Vide & in* שׁגל.

עָפָר *m.* Pulvis, *Geneſ.* 2, 7. Conſtr. אֶת־עֲפַר הָאָרֶץ *Pulverem terræ, Gen.* 13, 16. Aff. אֶת־עֲפָרוֹ *Pulverem ejus, Deut.* 9, 21. Plurale fœmin. conſtructum, עַפְרוֹת תֵּבֵל *Pulveres orbis habitabilis. Prov.* 8, 26.

עִפֵּר Pih. Pulveravit, Pulverem excitavit vel ſparſit. Præter. וְעִפַּר בֶּעָפָר *Et pulverabat pulvere,* 2. *Sam.* 16, 13. *id eſt, pulverem ſpargebat.*

עוֹפֶר *m.* Hinnulus, *Cant.* 2, 9. Plur. עֳפָרִים *Cant.* 4, 5.

עוֹפֶרֶת *f.* Plumbum, *quaſi Pulverem ſeu Terreum dictum, quòd magnam partem terreſtrem habeat, Zach.* 5, 7. כַּעוֹפֶרֶת *Sicut plumbum, Exod.* 15, 10.

עֵץ *maſc.* Lignum, *Synecdochicè* Arbor: *Generale eſt, ac ad arbuſta etiam & frutices transfertur, & quicquid*

quid altiùs excreſcit & ramos producit : עֵץ *Arborem, Gen.* 1, 11. Aff. בְּעֵצוֹ *In ligno ſuo, Hoſ.* 4, 12. עֵצְךָ *Arborem tuam, Deut.* 28, 42. Plur. עֵצִים *Ligna, Levit.* 1, 7. Conſtr. עֲצֵי עֹלָה *Ligna holocauſti, Geneſ.* 22, 3. Aff. וְאֶת עֵצָיו *Et ligna ejus, Lev.* 14, 45. Fœm. עֵצָה *Lignum, Jerem.* 6, 6.

עָצַב Doluit : Dolore affecit, vel affectus fuit, Doluit. Dolorem attulit : Præt. עֲצָבוֹ *Dolore affecit eum,* 1. *Reg.* 1, 6. Particip. Præt עֲצוּבַת רוּחַ *Dolore affecta, Dolens animo, Jeſ.* 54, 6. Infin. לְבִלְתִּי עָצְבִּי *Ut non afficiat dolore me,* 1. *Par.* 4, 10. Niph. Præt. נֶעְצַב *Dolore afficiebatur,* 1. *Sam.* 20, 34. Futur. יֵעָצֵב *Dolore afficiatur,* 1. *Sam.* 20, 3. Pih. Præt. וְעִצְּבוּ אֶת־רוּחַ קָדְשׁוֹ *Dolore affecerunt Spiritum ſanctum ejus, Jeſa.* 63, 10. עִצְּבוּנִי *Dolore afficiunt me, Job* 10. 8. Futur. יְעַצֵּבוּ *Dolorem afferunt, Pſal.* 56, 6. Hiph. Infinit. לְהַעֲצִבָהּ *Idololatricum cultum exhibendo ei, Jerem.* 44, 19. *vel, Idola effingendo, Idolorum formam offerendo ei, juxta R. Salomonem, ſignificatione à Nomine, quod Idolum ſignificat, deducta.* ה *in fine Pronomen fœmin. eſt, & Mappik caret, juxta R. Davidem.* Futur. יַעֲצִיבוּהוּ *Dolore affecerunt eum, Pſalm.* 78, 40. Hithp. Futur. וַיִּתְעַצֵּב אֶל־לִבּוֹ *Et doluit apud animum ſuum, Gen.* 6, *verſ.* 6.

עוֹצֶב *m* Dolor, Moleſtia, *Pſal.* 139, 24. Aff. מֵעָצְבְּךָ *A dolore tuo, Jeſa.* 14, 3. *Semel* Idolum, Terriculum, *ſic dictum, quod Dolorem potiùs & terrorem affert conſcientiis, quàm levamen :* עָצְבִּי *Idolum meum, Jeſa.* 48, 5.

עצב עֶצֶב *m.* Dolor, Labor, Moleſtia : Idolum, Simulachrum, *ut Jerem.* 22, 28. Plural. הָעֲצָבִים *Dolorum, Pſal.* 127, 2. Aff. וַעֲצָבֶיךָ *Et labores tui, id eſt, Facultates labore partæ, metonymicè, Prov.* 5, 10. *& ſic Jeſ.* 58, 3.

עֲצִיב Chald. *Dolens, Triſtis,* Dan. 6, 20.

Digitized by Google

עֲצַבִּים *m. p.* Terricula, Simulachra, *Hoſ* 4, 10. Conſtr. עֲצַבֵּי *Pſal.* 135, 15. Aff. אֶת־עֲצַבֵּיהֶם *Simulachra eorum*, *Pſalm.* 106, 36.

עִצָּבוֹן *m.* Dolor, Labor: בְּעִצָּבוֹן *Cum dolore, Gen.* 3, 17. Conſtr. וּמֵעִצְּבוֹן יָדֵינוּ *Et de labore manuum noſtrarum, Gen.* 5, 29. Aff. עִצְּבוֹנֵךְ *Dolorem tuum, Gen.* 3, 16.

עַצֶּבֶת *f.* Dolor, Moleſtia, *Prov.* 10, 10. Conſt. וּבְעַצְּבַת־לֵב *Et dolore cordis, Prov.* 15, 13. Plur. cum Aff. עַצְּבוֹתָם *Dolores eorum, Pſal.* 16, 4.

מַעֲצֵבָה *f.* Dolor: לְמַעֲצֵבָה תִּשְׁכָּבוּן *In dolore decumbetis, Jeſa.* 50, 11.

עצר מַעֲצָד *maſc.* Aſcia, Securis, *Jeſa.* 44, 12. בַּמַּעֲצָד *Cum ſecuri, Jer.* 10, 3. *Kimchi & R. Salomon*, Dolabrâ.

עצה Claudere leviter, Connivere: Part. עֹצֶה עֵינָיו *Connivens oculis ſuis, Prov.* 16, 30.

עָצֶה *m.* Spina dorſi, *Levit.* 3, 9.

עצל *m.* Piger: לֵךְ אֶל־נְמָלָה עָצֵל *Abi ad formicam piger, Prov.* 6, 6.

עַצְלָה *f.* Pigritia, *Prov.* 19, 15. Duale, בַּעֲצַלְתַּיִם *Pigritiâ duplici, id eſt, ambarum manuum, Eccleſ.* 10, 18. *quaſi* בְּעַצְלוּת יָדַיִם.

עַצְלוּת *f.* Pigritia, *Prov.* 31, 27.

נֶעֱצַל Niph. Pigrari, Pigrum eſſe vel fieri. Futurum, אַל־תֵּעָצְלוּ *Ne pigremini, Pigri eſtote, Jud.* 18, 9.

עצם Roborari, Corroborari, Potentem eſſe vel fieri: Invaleſcere, Roborare ſe: Multum, Plurimum, Numeroſum eſſe: *Et ſemel*, Obſtipare, Claudere. Præter. וְעָצַם כֹּחוֹ *Et invaleſcet Robur ejus, Gen.* 8, 24. Part. præſens, וְעֹצֵם עֵינָיו *Et obſtipans oculos ſuos, Jeſ.* 33, 15. Infin. וּבְעָצְמוֹ *Et quum roboratus eſſet, Dan.* 8, 8. Pih. עִצֵּם Exoſſavit, vel, Oſſa comminuit aut

aut contrivit, *juxta Kimchium & R. Salom.* Præterit. עִצְּמוֹ *Exoſſavit eum, Jer.* 50, 7. *ſignificatione ex Nomine, quod* Os *ſignificat, deducti.* Futur. וַיְעַצֵּם *Et obſtipavit oculos eorum, Jeſa.* 29, 10. Hiph. Futur. וַיַּעֲצִמֵהוּ *Et potentem effecit eum, Pſal.* 105, 24.

עָצוּם *maſc.* Robuſtus, Validus, Potens, Numeroſus: עָצוּם מְאֹד *Numeroſum valdè, Num.* 32. 1. וְעָצוּם *Et potentem, Gen.* 18, 18. Plur. עֲצוּמִים *Robuſti, Prov.* 18, *v.* 18. Aff. בַּעֲצוּמָיו *Robuſtis ſuis, ſcil. membris, Pſal.* 10. *v.* 10. Fœmin. עֲצֻמוֹת *Robora*: Aff. עֲצֻמוֹתֵיכֶם *Robora veſtra, Jeſa.* 41, 21.

עֹצֶם *m.* Robur, *Deut.* 8, 17. עָצְמִי *Robur meum, vis mea, Pſal.* 139, 15. Fœmin. עָצְמָה *Robur, Jeſ.* 40, 29. Conſtr. בְּעָצְמַת *Cum fortitudine incantatorum tuorum, Jeſa.* 47, 9.

עֶצֶם *c. ſed fam. ſæpiùs,* Os *oſſis, à Robore: Synecdochicè* Corpus, Subſtantia: *& inde quod Latini dicunt,* Ipſemet, Ipſummet, Ille Ipſe, (*ut apud Rabbinos,* עַצְמִי *Ego ipſe,* עַצְמְךָ *Tu ipſe,* בְּעַצְמוֹ *Per ſeipſum, &c.*) עֶצֶם *Os, Geneſ.* 2, 23. עַד־עֶצֶם הַיּוֹם הַזֶּה *Uſque ad illum ipſum, hunc ipſum, huncmet diem, Lev.* 13, 14. בְּעֶצֶם תֻּמּוֹ *In illa ipſa, Ipſamet integritate ſuâ, Job.* 21, 23. וּכְעֶצֶם הַשָּׁמַיִם *Et ſicut ipſummet cœlum puritate ſuâ, Exod.* 24. *v.* 10. Aff. אֶל־עַצְמוֹ *Ad oſſa ejus, Job.* 2, 5. Plural. עֲצָמִים *Oſſa, Ezech.* 24, 4. Aff. עֲצָמָי *Oſſa mea, Pſal.* 6, *verſ.* 3. עֲצָמֵינוּ *Oſſa noſtra, Pſal.* 141, 7. Fœmin. עֲצָמוֹת *Oſſa, Proverb.* 14, 30. Conſtr. אֶת עַצְמוֹת *Cum Oſſibus Prophetæ, 2. Reg.* 23, 18. Aff. וְעַצְמֹתֶיךָ *Et oſſa tua, Jeſa.* 58, 11.

תַּעֲצֻמוֹת *f. p.* Vires, *Pſal.* 68, 36.

* עֵצֶן · בְּעֶצְנוֹ *Vide in* נעץ.

עָצַר Clauſit, Concluſit, Incluſit, Occluſit, Continuit, Detinuit: Cohibuit, Coërcuit imperando, Imperavit; *Conſtruitur cum Accuſat. & Præpoſit.*

poſit. ב: Præt. עָצוֹר עָצַר Occludendo occluſerat, Geneſ. 20, 18. עָצוֹר בְּמִלִּין Continere ſermones qui poſſit, Job. 4, 2. Futur. יַעְצוֹר Imperium obtinebit, 1. Sam. 9, 17. Niph. Præt. נֶעֶצְרָה Cohibita eſſet, Num. 16, 50. Part. נֶעְצָר Detentus, 1. Sam. 21, 7. Infin. בְּהֵעָצֵר Cùm clauſum fuerit, 1. Reg. 8, 35. Futur. וְתֵעָצַר Ut cohibeatur, 2. Sam. 24, 21.

עֶצֶר, m. Imperium, Jud. 18, 7.

עוֹצֶר Occluſio, Coarctatio, Prov. 30, 16. Jeſa. 53, 8.

עֲצָרֶת. עֲצֶרֶת, f. Interdictio, Prohibitio, Detentio: Dies feriatus, Feria, propriè ultima, feſti ſolennis quaſi Clauſula; & metonymicè, Cætus ferians. Dicebatur de certis diebus, qualis fuit Octavus in celebri Tabernaculorum feſto, Lev. 23, 36. & Ultimus Paſchatis, Deut. 16. v. 8. unde ad alias ferias ab Eccleſia indictas transfertur, Joël. 1, 4. 2. Reg. 10, 20. Plural. cum Aff. בְּעַצְּרֹתֵיכֶם In feſta aut ferias veſtras, Amos 5, 21.

מַעְצוֹר Prohibitio, Impedimentum, 1. Sam. 14, 6.

מַעְצָר m. Coërcitio, Imperium, Prov. 25, 28.

עָקֵב m. Calx, Calcaneus, Extremum pedis: Inde latè eſt, Finis, Extremum, Extremitas, Extrema pars; & adverbialiter, Extremò, In finem, Tandem. Kimchi addit, Merces, quia extremum laboris eſt. Vide eum Pſal. 119, 33. עָקֵב Calcaneum, Gen. 3, 15. Conſtr. בַּעֲקֵב In calcaneo, Gen. 25, 26. Aff. וְאֶת־עֲקֵבוֹ Et calcem, id eſt, Extremam partem ejus, Joſ. 8, 13. Plur. Conſtr. עִקְּבֵי סוּס Calces equi Gen. 49, 17. cum Dageſch euphonico: בְּעִקְבֵי הַצֹּאן In veſtigiis gregis, Cantic. 1, 8. Aff. עֲקֵבַי Veſtigiorum meorum, Pſ. 49, 6. עֲקֵבַיִךְ Calcanei tui, pedes tui, ſynecdochicè, Jer. 13, 22. Fœmin. Plur. עִקְּבוֹת מְשִׁיחֶךָ Veſtigia Chriſti tui, Pſal. 89, 52. Aff. וְעִקְּבוֹתֶיךָ Et veſtigia tua, Pſal. 77, 20.

עָקַב Calcaneum tenuit vel apprehendit, Calcaneo ſuppo-

ſuppoſito peſſumdedit, Supplantavit, Defraudavit, Circumvenit. Præter. עָקַב אֶת אָחִיו *Calcaneum tenuit fratris ſui, Hoſ.* 12, 3. Infin. cum Futur. עָקוֹב יַעְקוֹב *Supplantando ſupplantat, Jer.* 9, 4. וַיַּעְקְבֵנִי *Et ſupplantavit me, Gen.*27, 36. Pih. עִקֵּב Diſtulit ad extremum, Retardavit, *idem quod* עַכֵּב *apud Chaldæos & Rabbinos, unde efformatum, permutato* כ *in* ק. Futur. יְעַקְּבֵם *Differt illa,* Chald יְעַכְּבִנּוּן *Job.* 37, 4.

עָקוֹב *maſc.* Fraudulentum, Pravum, Perverſum, *Jerem.* 17, 9. *Jeſ.*40, 4. *Hinc nomen Jacobi* יַעְקוֹב Fraudulentus, Supplantator: *quòd in partu calcem fratris tenuit quaſi ipſum in primogenitura ſupplantare volens, Geneſ.* 25, 26. Fœmin. עֲקֻבָּה *Veſtigiata, Calcaneata, plena veſtigiis, Hoſ.* 6, 8.

עָקְבָּה *fœm.* Fraus: בְּעָקְבָּה *Per fraudem, Fraudulenter,* 2. *Reg.* 10, 19.

עֵקֶב *maſc.* Emolumentum, Fructus, Præmium, Merces, *quia ea operis finis eſt. Sic* τὸ τέλος, 1. *Petr.* 1, 9. *Adverbialiter,* Finaliter, Ad extremum, In finem uſque: *Item*: Pro, Propter, Quia, Propterea quòd, Eò quòd: עֵקֶב רָב *Emolumentum magnum, Merces magna: Pſal.* 9, 12 עֵקֶב עֲנָוָה *Præmium manſuetudinis, Prov.* 22, 4. עֵקֶב שֹׁחַד *Pro munere, Propter munera, Jeſa.* 5, 23. עֵקֶב הָיְתָה *Quia fuit, Num.* 14, 24. עֵקֶב אֲשֶׁר *Pro eo quod, Quandoquidem, Geneſ.* 22, *verſ.* 18. עֵקֶב כִּי *Propterea quòd, Amos* 4, 12. עַל־עֵקֶב בָּשְׁתָּם *Pro mercede pudoris ſui, Pſal.* 40, 16. Abſolutè poſitum, עֵקֶב Finaliter, In finem uſque, *Pſal.* 119. *verſ.* 33, 112.

עָקַד Ligavit, Colligavit, *propriè artus, ut oves quatuor pedibus colligari ſolent ad mactationem*: Futur. וַיַּעֲקֹד *Et colligavit artubus, Gen.* 22, 9.

עָקֹד *m.* Varium, Maculoſum, *propriè cruribus, ubi li-*

gari

gari ſolet pecus, ſcribit R. Salom. Geneſ. 30, 40. Plural. עֲקֻדִּים *Varios, Ibid. v.* 39.

בֵּית־עֵקֶד Beth-Heked, *nomen proprium loci, à Ligatione ſic dicti, quòd ibi Oves ad tonſuram ligare ſolerent,* 2. *Reg.* 10, 12.

עקה מַעֲקֶה *maſc.* Lorica, Loricatio, Peribolus, *Septum tectorum, Deut.* 22, 8. *Tecta enim in Palæſtina fuerunt plana in ædificiis, unde munimento egebant, ne quis decideret.*

עקל מְעֻקָּל Perverſum, Tortuoſum, Obtortum, *Abac.* 1, 4. *Eſt Participium ex Pyhal.*

עֲקַלָּתוֹן *m.* Tortuoſus, *Jeſa.* 27, 1.

עֲקַלְקַלּוֹת *f. p.* Tortuoſa, *Jud.* 5, 6. Aff. עֲקַלְקַלּוֹתָם *In tortuoſis viis ſuis, Pſal.* 125, 5.

עקר Exſtirpavit, Eradicavit, Enervavit. Infinitiv. עֵת לַעֲקוֹר *Tempus exſtirpandi, Eccleſ.* 3, *v.* 2. Niph. Futur. תֵּעָקֵר *Exſtirpabitur, Soph.* 2, 10. Pih. אֶת־סוּסֵיהֶם עִקֵּר *Equos ipſorum enervavit: Suffragines ſuccidit, Joſ.* 11, 9. עִקְּרוּ שׁוֹר *Exſtirparunt, Avulſerunt murum, juxta Aben Eſram, Geneſ.* 49, 6. Futur. וַיְעַקֵּר *Et enervavit, ſuffragines ſuccidit,* 1. *Par.* 18, 4. תְּעַקֵּר *Suffragines ſuccides, Joſ.* 11, 6. Chald. Præter. ex Ithpehal אִתְעֲקַרוּ Eradicata fuerunt, Dan. 7, v. 8. Scribitur cum ו ex forma pluralis maſculini, ſed legendum juxta Maſorethas, אִתְעֲקַרָה *ex forma fæmin.*

עָקָר *m. & fæm.* עֲקֶרֶת ׃ עֲקָרָה Sterilis, *Deuter.* 7, 14. *Pſal.* 113, 9. *ex quibus virtus pariendi Eradicata.*

עֵקֶר *m.* Stirps, Indigena, *qui è familia peregrina ortus, alibi radices egit, & ſtirpem fecit, Levit.* 25, 47.

עִקַּר *m.* Chald. *Stirps, Radix, Fundamentum:* עִקַּר שָׁרְשׁוֹהִי *Stirpem radicum ejus,* Dan. 4, 12.

עקרב *maſc.* Scorpio, *Deut.* 8, 15. Plural. עַקְרַבִּים *Scorpiones, Num.* 34, 4. *ubi multis proprium nomen loci eſt :* וְאֶל־עַקְרַבִּים *Et apud ſcorpiones, Ezech.* 2, 6. בָּעַקְרַבִּים *Scorpionibus, id eſt, Flagellis aculeatis,* 1. *Reg.* 12, 11. *Baculi pleni ſpinis, qui pungebant & dolorem afferebant graviſſimum, ſcribit R. Levi.*

עקש Pervertit : Futurum, וַיַּעְקְשֵׁנִי *Perverteret me, Job.* 9, 20. Pih. Præterit. עִקְּשׁוּ *Pervertunt, depravant, Jeſa.* 59, 8. Particip. וּמְעַקֵּשׁ *Et pervertens vias ſuas, Prov.* 10, 9. Futur. יְעַקֵּשׁוּ *Pervertunt, Mich.* 3, 9. Niph. Partic. Conſtr. וְנֶעְקַשׁ דְּרָכַיִם *Et perverſus ambabus viis, Prov.* 28, 18. *id eſt, in utramque partem, vel huc illuc ſe flectens, & opponitur integrè & rectâ viâ ambulanti.*

עִקֵּשׁ *m.* Perverſus, *Pſal.* 18, 27. Plural. עִקְּשִׁים *Perverſi, Proverb.* 2, 15. Conſtruct. עִקְּשֵׁי לֵב *Perverſi animo, Prov.* 11, 20.

עִקְּשׁוּת *f.* Perverſitas, *Prov.* 4, 24.

מַעֲקַשִּׁים *m. p.* Perverſitates, *Jeſa.* 42, 16.

ערב Miſcuit, Commiſcuit, *unde ad varia transfertur :* Negotiari : Spondere, Fidejubere, *& ſic conſtruitur cum Accuſativo & Præpoſitionibus* עִם, עַל *&* ל : Oppignerare, Amœnum, Suave, Gratum, Jucundum, Dulce eſſe, *& ita Dativo jungitur :* Pertexere : Adveſperaſcere, Obtenebrari, Obſcurari, *in quibus omnibus quædam eſt Commixtio. Sumtæ verò ſunt quædam ſignificationes ex Nominibus derivatis.* Præterit. עָרַב אֶת־הַנַּעַר *Spopondit pro hoc puero, Geneſ.* 44, 32. עָרַב אֶת־לִבּוֹ *Qui ſpondeat cum animo ſuo, Jerem.* 30, 21. אִם־עָרַבְתָּ לְרֵעֶךָ *Si ſpopondiſti amico tuo, Proverb.* 6, 1. לֹא עָרְבוּ לִי *Non ſunt ſuavia mihi, Jer.* 6, 20. עָרְבָה כָּל־שִׂמְחָה *Obſcurabitur omnis lætitia, Jeſa.* 24, 11. *i. e. occidet, abibit*

Digitized by Google

in tenebras, id eſt, luctum. Partic. עֹרֵב עֲרֻבָּה *Spondens ſponſionem, Prov.* 17, 18. Plur. אֲנַחְנוּ עֹרְבִים *Nos oppigneramus, Neh.*5, 3. בַּעֹרְבִים מַשָּׁאוֹת *Inter ſpondentes pro debitis, Prov.* 22, 26. Conſtr. וְעֹרְבֵי מַעֲרָבֵךְ *Miſcentes commercia tecum, Prov.*27, 27. *& ſic verſ.* 9. Infin. רָפָה הַיּוֹם לַעֲרֹב *Remittit ad veſperaſcendum, Jud.* 19, 9. Imper. עֲרֹב עַבְדְּךָ לְטוֹב *Sponde pro ſervo tuo in bonum, Pſal* 119, 122. *R. Salom. Eſto fidejuſſor vel pignus pro me contra malum, q. d. Defende & libera me, ne mali me opprimant.* Chald. Part. ex Pyh. מְעָרַב Mixtum, Dan. 2, 43. Hiph. Infin. הַשְׁכֵּם *Veſperaſcendo,* 1.*Sam.*17, 16. *id eſt, Veſperè, Infinitivus loco Adverbii, ut Kimchi in Comment. notat.* Hithp. Imp. הִתְעָרֶב נָא *Sponde nunc, Sponſionem fac, juxta Hebræos communiter,* 2.*Reg.*18, 23. *Quidam, Miſce te bello cum &c.* Futur. לֹא יִתְעָרַב *Non miſcebitur, Immiſcebit ſe, Prov.* 14, 10. Chald. Part. מִתְעָרַב Commixtum: & Plur. מִתְעָרְבִין Commixta, Dan. 2, 43.

עָרֵב Suavis, Dulcis, *Cantic.* 2, 14. *Prov.* 20, 17.

עֵרֶב *m.* Miſcellanea turba, *Exod.* 12, 38. *Nehem.*13, 3. *Item,* Trama, Subtegmen, *Levit.* 13, *verſ.*52. *q. Mixturam dicas, quòd Stamini ex tranſverſo intexitur & immiſcetur.*

עֶרֶב *m.* Veſper, Veſpera, *Gen.* 1, 5. *ſic dicta, quòd tunc lux tenebris Commiſceri incipiat.* Semel fœmininum, עַד־הָעֶרֶב הַשְּׁלִישִׁית *Uſque ad veſperam tertiam,* 1. *Sam.* 20, 5. *id eſt, Uſque ad tempus veſpertinum diei tertii, ut Chaldæus explicat: Et Kimchi illic dicit Adjectivum fœmininum* שְׁלִישִׁית *reſpectum habere ad Nomen ſubauditum* עֵת. *Item* Miſcellanea turba, Mixtura variorum populorum, *Jerem.* 25, 20. 24. *ubi Kimchi ſcribit, Arabes vagos & miſtos,* יוֹשְׁבֵי אֹהָלִים *inhabitantes tabernacula intelligi, qui ab id*

id Plinio dicuntur Scenitæ: *Item Jer.* 50,37. Plur. Fœm. עֲרָבוֹת *Veſperæ, Jer.* 5,6. Dual. בֵּין הָעַרְבַּיִם *Inter duas veſperas, Exod.* 12, 6. *i. e. ut Kimchi in libro Radic. ſcribit*, A tempore inclinationis ſolis ad occidentem, quod eſt à ſexta hora & ulteriùs uſque ad noctem. Dicit autem עַרְבַּיִם quod notat duas veſperas. Nam à tempore, quando ſol incipit declinare, ea eſt veſpera una: poſt occaſum ſolis, eſt veſpera altera. Inter hoc tempus eſt illud, de quo dicitur בֵּין הָעַרְבַּיִם *Per Sextam hic non intelligitur noſtra ſexta veſpertina, ſed ſexta diei Judaici, id eſt, ipſa meridies. Dies enim in duodecim horas erat diviſus, Job.* 11, 9. *Hæc latiùs explicanda. Juſſerat Deus Agnum paſchalem mactari inter duas veſperas, Exod.* 12, *verſ.* 6. *Juſſerat etiam agnos duos quotidiè offerri in ſacrificium juge & quotidianum; Unum manè, Alterum veſperè, ſeu inter duas veſperas, Numer.* 28. *Ergo veſperâ paſchatis duo erant mactandi. Agnus paſchalis illum ſequebatur: nam ordinario non debebat accidentarium præferri. De agno paſchatis Traditio priſcorum legitur*: Si juguletur Pæſach ante meridiem, prophanum & illegitimum eſt, propterea quòd dicitur: Et jugulabunt eum inter duas veſperas, Exod. 12, verſ. 6. ante ſacrificium juge veſpertinum, rectum eſt, maximè ſi quis miſceat ſanguinem agni (*ne ſcil. condenſetur*) uſquedum ſparſus fuerit ſanguis ſacrificii jugis. & poſtea ipſe quoque ſpargatur, tum rectum eſt: *Tractatu Talmudicò* פסחים *De paſchate capite* 5. *fol.* 6. *De agno ſacrificii jugis ſive quotidiani Traditio eſt in eodem capite, in initio, his verbis*: Tamid ſive juge ſacrificium agni jugulabatur horâ octavâ & dimidiâ (*id eſt, inter ſecundam & tertiam*) & offerebatur horâ nonâ & dimidiâ (*inter tertiam & quartam.*) Veſpera

paſchatis, mactabatur ſeptimâ & dimidiâ (*inter primam & ſecundam*) & offerebatur octavâ & dimidiâ, (*media ad tertiam.*) Quòd ſi veſpera paſchatis incideret in veſperam Sabbathi, mactabatur ſextâ & dimidiâ, (*inter duodecimam & primam*) & offerebatur ſeptimâ & dimidiâ, (*mediâ ad ſecundam*) & poſtea Pæſach. *Hæc Traditio: Explicant & complent eam Doctores in Gemara hoc modo:* Unde hæc probantur? ex eo quod dicit Scriptura, *Agnum unum parabis manè, & agnum alterum parabis inter duas veſperas, Num. 28, verſ. 4.* Dividit illud tempus in duas veſperas, ut duæ horæ cum dimidia ſint hinc, & totidem illinc, & hora una ad parandum eam. Quæſivit quidam, Quare veſperâ Paſchatis anticipamus horâ unâ? reſpondit Rabba: Lex ſacrificii jugis propriè eſt, à quo ſe inclinare incipiunt umbræ veſperæ. Quare id? ex eo quod dicit Scriptura, Inter duas veſperas, id eſt, מערנא דמתחיל שמשא למערב A tempore quo incipit ſol occumbere. At veſperâ paſchatis, quando agnus paſchatis poſt Tamid ſeu agnum quotidianum mactandus eſt, anticipamus horâ unâ. Quòd ſi veſpera paſchatis incidat in veſperam ſabbathi, ne aſſatura agni paſchalis attingat ſabbathum, ulteriùs horâ unâ anticipamus, mactando eum ſextâ & dimidiâ. *Hactenus Gemara, unde ſatis liquet, quæ priſcorum de hoc veſpertino tempore ſententiâ fuerit. Gloſſa R. Salom. in hunc textum illuſtris eſt:* Omnes ſex horæ pomeridianæ rectæ ſunt, ex quo ſcilicet incipiunt inclinare umbræ veſpertinæ, quod fit à media ſeptima & ulteriùs, quo ſol vergit ad occidentem & umbra ad orientem, ut cùm homo ſtat ex oppoſito ſolis, umbra ejus ſpargitur versùs orientem, ſed à dimidia

midia ſexta ad dimidiam ſeptimam, ſol conſiſtit in medio firmamenti, & umbra in nullam partem declinat, ſed rectà deorſum ſub hominem. *Hæc ibi. Omninò ergò per ſextam, tam in Kimchio, quàm aliis, intelligenda ipſa meridies, & ſic reliquæ horæ, calculo diei Judaici, in duodecim horas olim diviſi; Majemon Tractatu* תמיר *de Sacrificio jugi, cap* 1, *in eandem ſententiam ſcribit*: Sacrificium juge duarum veſperarum jugulant, ex quo prolongari incipit umbra, & quum omnibus apparet, umbram prolongari, nempe à ſexta hora & dimidia, & inde usque ad finem diei. *Vide eundem ibidem latiùs, & de Sacrificio Peſach cap.* 1. *& in Tractat.* תפלה *de Precibus cap.* 3. *Aruch in* פלג: *Gen.* 49, *verſ.* 27. *in Targ. Hieroſol. & Jonat. Joſeph. Scalig. De Emendat. Temporum, fol.* 532.

עָרֹב *maſc.* Colluvies, Mixtura *inſectorum vel variorum animalium, Exod.* 8, 24.

עוֹרֵב *m.* Corvus, *Gen.*8, 7. Plural. וְאֶת־הָעֹרְבִים *Et corvis præcepi,* 1.*Reg.*17,4. Conſtr. עֹרְבֵי־נַחַל *Corvi torrentis, Prov.* 30, 17.

עֲרָב *m.*Arabia 2.*Par.*9,14. *ſic dicta à Mixtis populis, vel quòd quaſi ſolitudo & deſerta regio eſſet, ex ſignificatione Nominis* עֲרָבָה *quod mox ſequitur*: Et in Pathach, עֲרַב *Ezech.*27,21. הָעַרְבִי Arabs, *Neh.*.2,19.Plur. וְהָעַרְבִים *Et Arabum.*2.*Paralip.*21,16.Et cum Epentheſi Aleph, וְהָעַרְבִיאִים 2. *Par.* 17,11. *Ezech.* 27, 21.

עֲרָבָה *f.* Campeſtris locus, Campeſtria, *Job.*24, *verſ.*5. *Item* Solitudo. Deſertus locus, *Jerem.*50,12. כַּעֲרָבָה *Sicut ſolitudo. Jeſ.*33,9.Cum ה locali, הָעֲרָבָתָה *Verſùs campeſtria, Joſ.*18,18.Quibuſdam eſt proprium nomen loci: *Plur.*Cœli: לרכב בָּעֲרָבוֹת *Equitanti ſuper cœlos, Pſ.*68,5 *juxta Aben Eſram,& explicat per v.*34 *ubi di-*

zed by Google

citur, לָרֹכֵב בִּשְׁמֵי שְׁמֵי קֶדֶם *Qui inſidet cœlis cœlorum antiquorum. R. Moſche dixit, ſic appellari Cœlum, quod latum & extenſum ſit inſtar loci Campeſtris. Majemon in More, parte* 1. *cap.* 70. *& Kimchi in Comment. accipiunt de Cœlo ſupremo, Dei ſede, ubi amœnitas & ſuavitas perfectiſſima. R. Elieſer in capitulis ſuis ſcribit: Septem firmamenta creavit Deus, ex quibus non elegit thronum glorioſum regale, niſi hoc quod dicitur* עֲרָבוֹת. Conſtr. עַרְבוֹת *Campeſtria Jericho, Joſ.* 4. *verſ.* 13. Et tranſpoſitis literis, בְּעַבְרוֹת הַמִּדְבָּר *In campeſtribus deſerti,* 2. *Sam.* 15, 28. *quod legendum juxta Maſorethas* בְּעַרְבוֹת.

עֲרֻבָּה *f.* Sponſio, *Prov.* 17, 18. *Item,* Arrha, Pignus: Aff. וְאֶת־עֲרֻבָּתָם *Et arrham eorum,* 1. *Sam.* 17, 18.

עֲרָבִים *m. pl.* Salices. *Pſal.* 137, 2. *ab Amœnitate, quod inter prima vireſcentia ſunt, vel, quod Campeſtribus locis gaudent*: Conſtruct. וְעַרְבֵי־נָחַל *Et ſalices torrentis, Levit.* 23, 40.

עֵרָבוֹן *m.* Arrha, Pignus, Arrhabo, *Gen.* 38, 17.

מַעֲרָב *m.* Occidens, *Daniel.* 8, *v.* 5. *dicta quaſi Veſpertina, quòd ſole illic occidente Veſpera fiat: aut* שהצורות מתערבות באותה שעה *quòd rerum formæ eo tempore Commiſcentur*: Cum ה locali, מַעֲרָבָה *Occidentem versùs,* 1. *Par.* 26, 30. Et fœm. וּמִמַּעֲרָבָה *Et ab occidente, Jeſa.* 45, *v.* 6. *Item* Commercium, Negotiatio: Aff. מַעֲרָבֵךְ *Negotiationem tuam, Ezech.* 27, 27. *& verſ.* 19. Plural. וּמַעֲרָבַיִךְ *Et commerciorum tuorum, v.* 33.

תַּעֲרֻבוֹת *f. pl.* Sponſiones: וְאֵת בְּנֵי הַתַּעֲרֻבוֹת *Etiam filiis fidejuſſionum,* 2. *Reg.* 14, 14. *id eſt, obſidibus.*

ערג Glocitavit, Vociferatus eſt, *Verbum cervorum proprium*: Futur. כְּאַיָּל תַּעֲרֹג *Sicut cervus glocitat, Pſal.* 42, 2. *Inde & aliis animalibus tribuitur: Etiam beſtia-*

beſtiarum agri quælibet תערג אליך *Glocitabit ad te, Joël.* 1, 20. *id eſt, Vociferabitur, mugiet.*

ערוגה, *f.* Areola : Conſtr כערוגת הבשם *Ut areola aromatica, Cant.* 5, 13. Plur על־ערגת צמחה *Cum areolis, germinationis ſuæ ſiccabitur, Ezech.* 17, 10.

ערד ערוד *m.* Onager, *Job.* 39, 8. Plural. Chald. ועם־ערדיא Et cum onagris habitatio ejus, Dan. 5, 21.

ערה Nudari : Infin. irregularis, ועורה *Et nudari, Jeſa.* 32, 11. *pro* לערות *Nudandum eſt. Eſt autem Infinitivus loco Imperativi,* Nudamini, Nudate vos, *& formam habet à vicino Verbo* עור : *vel eſt per tranſpoſitionem Vocalium pro* ערה : *Vide ſimile in* רגן. Niph. נערה Nudari, Evacuari, Effundi : *Effuſione enim vas quaſi nudatur.* Futur. עד־יערה *Donec effundatur, Jeſa.* 32, 15. Et anomalum, תעור *Nudabitur, Habac.* 3, 9. *formâ ab* עור *mutuatâ.* Pih. ערה Nudavit, Evacuavit, Deplevit, Effudit : Præter. ערה מגן *Nudat clypeum, Jeſa.* 22, 6. Infin. ערות *Nudando, Hab.* 3. *v.* 13. Imperat. ערו *Nudate, Pſal.* 137, 7. Fut. יערה *Nudabit, Jeſa.* 3, 17. Per Apocopam, אל־תער *Ne nudes, Pſal.* 141, 8. *pro* תערה : *Sic* ותער *Et deplevit, Gen.* 24, 20. ויערו *Et evacuarunt,* 2. *Par.* 24, 11. Geminatum Inf. ערער *Nudando, Jer.* 51, 58. Hiph. Præt, הערה *Effundit in mortem animam ſuam, Jeſa.* 53, 12. *Nuda[illegible], Levit.* 20, 18. Hithp. Particip. מתערה *Diffundens, Explicans ſe, Vireſcens, Pſal.* 37, 35. Futur. תתערי *Nudabis te, Thren.* 4, 21. Et geminatis duabus literis, תתערער *Nudabitur, Jerem.* 51, 58.

ערוה, *fœm.* Nuditas, Nudatio : Verenda, Pudenda, Turbitudo, Probrum : *Nuditas corporis humani propalàm turpis & pudenda cenſetur, maximè partium genitalium, quas natura tectas voluit :* בשר ערוה *Carnem*

*nuditatis, Exod.*28,42. *i.e.pudenda :* Conſtr. עֶרְוַת אָבִיו *Verenda patris ſui, Gen.* 9, 22. Aff. עֶרְוָתוֹ *Nudationem ejus, Lev.* 20, 17. Chald. וְעַרְוַת מַלְכָּא Et nudationem regis,Eſræ 4, 14. ut tributo ſuo nudetur & ſpolietur: Vel, Probrum regis, quod accidet, ſi ſubditi tributum denegent

עֶרְיָה *fœm.* Retectio: *vel adjectivè*, Retecta, Nudata, *Ezech.*16,7. *Mich.*1,11. *vel accipiendum pro* בְּעֶרְיָה.

עוֹר *m.* Cutis, Pellis, *à Nuditate ſic dicta, Geneſ.* 3, 21. Aff. וְאֶת־עוֹרוֹ *Et pellē ejus, Lev.*8,17. עוֹרִי *Pellem meam, Job.* 19, 26. *juxta Hebræos:* Plur. עוֹרֵנוּ *Pelles noſtræ, Thren.* 5, 10. *cum defectu* ו *in medio.* Et fœmin. עוֹרֹת *Exod.* 26, 14. Aff. עוֹרֹתָם *Pelles eorum, Levit.* 16, 27.

עָרוֹת *f.p.* Papyri *juxta quosdam, Jeſa.* 19,7. *quaſi Pelliculæ dictæ : nam in prætenues & multiplices membranulas acu dividebantur, ut docet Plin. lib.* 13. *cap.* 11. *Hebræi* Virentia, Gramineta, *explicant.*

עַרְעָר *m.* Nudatiſſimus, *juxta quosdam : Aliis* Myrica, *virgultum tenue, humile fragile,* פָּנָה אֶל־תְּפִלַּת הָעַרְעָר *Reſpexit ad orationem nudatiſſimi, Pſalm.*102,18. *id eſt, omni ope deſtituti, derelicti ab omnibus : R. Salomon,* Vociferantis, Clamantis, *ex ſignificatione* יְעֹעֵרוּ *Vociferantur, Jeſa.* 15, *v.* 5. *Aben Eſra ad precationem populi, qui eſt veluti Myrica ſolitudinis.* Conſtr. כְּעַרְעָר בָּעֲרָבָה *Ut myrica in ſolitudine, Jerem.* 17, *v.* 6. *vel, Ut locus nudatus deſerti : in quo ſcil nihil creſcit : R. Salomon,* Ut arbor ſolitaria, *quaſi ab* עֲרִירִי. *vel,* Ut locus vaſtus. *Sic juxta quosdam,* כַּעֲרוֹעֵר בַּמִּדְבָּר *Sicut arbor nuda in deſerto, Jer.* 48, 6. *Aliâs,* Aroer, *eſt Proprium nomen loci.*

מַעַר *m.* Nuditas : כְּמַעַר אִישׁ *Secundùm nuditatem cujusque, id eſt, ſpacium nudum & vacuum,* 1.*Reg.*7,36. *Kimchi,* Secundùm adhæſionem cujusque, *prout unum alteri*

teri adhærebat & conjunctum erat, & ſic Verbum in Pihel pro Adhærere *quidam exponunt: Quidam* Cælaturam *vertunt, quòd cælando & exſculpendo res antea tecta Denudetur & retegatur.*

מַעֲרֶה *maſc.*Nuditas, Denudatio: Conſtruct. מִמַּעֲרֵה *Poſt denudationem Gibhæ, id eſt, poſtquam urbs Gibhea præſidio denudata eſſet, Jud. 20, verſ. 33. R. Levi,* Ex valle ſeu Spelunca, *quaſi idem ſit cum ſequenti Nomine.*

מְעָרָה *f.* Spelunca, Foſſa, *quaſi locum Nudum & Evacuatum dicas, 1. Sam. 24, 4.* Conſtr. הַמְעָרַת פָּרִצִים *An ſpelunca latronum, Jer. 7, 11.* Plur. מְעָרוֹת *Speluncæ: Jeſ. 32, 14. cujus thema quidam faciunt inuſitatum* מער.

מְעוֹרִים *m. p.* Nuditates: Aff מְעוֹרֵיהֶם *Nuditates eorum, Abac. 2, 15. quod formam ab* עור *habet.*

עָרַךְ Ordinavit, Diſpoſuit, Aptavit, Struxit, Inſtruxit: Æſtimavit, Taxavit, Comparavit, Æquiparavit, Par æſtimatus fuit: Præter. עָרַךְ אֵלַי *Diſpoſuit mihi, Job. 32, 14.* וְעָרַכְתָּ אֶת־עֶרְכּוֹ *Et ordinabis ordinationem ejus, Exod. 40, v. 4. &c.* Hiph. Præter. הֶעֱרִיךְ אֶת הָאָרֶץ *Taxabat terram, 2. Reg. 23, v. 35.* וְהֶעֱרִיךְ אֹתוֹ *Et æſtimet eum, Levit. 27, 8.* Futurum, יַעֲרִיךְ אֹתוֹ *Æſtimabit eam, Levit. 27, 14.*

עֵרֶךְ *m.*Inſtructio, Diſpoſitio, Æſtimatio: Aff. וְחִין עֶרְכּוֹ *Et gratiam diſpoſitionis ejus, Job. 40, 4.* עֶרְכְּךָ *Æſtimatio tua, Levit. 27, 16.*

מַעֲרָכָה *f.* Ordo, Aptatio, Acies, Strues: נֵרוֹת הַמַּעֲרָכָה *Lucernas aptationis, Exod. 39, 37.* מֵהַמַּעֲרָכָה *Ex ipſa acie, 1. Sam. 4, 12.* Plur. מַעֲרָכוֹת *Ordines, Lev. 24, 6.* Conſtr. מַעַרְכוֹת *Acies Dei viventis, 1. Sam. 17, 26.*

מַעֲרֶכֶת *f.* Ordo, Diſpoſitio, *Lev. 24, 6.* Plural. maſc. Conſtr. מַעַרְכֵי־לֵב *Diſpoſitiones cordis, Prov. 16, 1.*

ערל Præputiatum, Obturatum habuit vel cenſuit, *juxta Hebræos, qui per* אָטַם *exponunt: vel,* Præputium abſtulit, *quaſi Depræputiare dicas.* Præter. וַעֲרַלְתֶּם עָרְלָתוֹ *Et obturabitis obturationem ejus, Lev.* 19,23. *juxta R. Salomonem. id eſt, arborem impuram, & fructus ejus pollutos & abominabiles cenſebitis, ſicut præputium ſeu cutis obturans membrum virile. Vel; Depræputiabitis, i.e. Auferetis præputium ejus, i.e. fructus ceu impuros decutietis, ut Chaldaicè,* תְּרַחֲקוּן רַחְקָאַ֣ת אִבֵּיהּ *Removendo removebitis fructus ejus, id eſt, abjicietis tanquam immundos,* Niph. Imperat. הֵעָרֵל *Præputium retege, Præputiatum te oſtende, Pudendis nuda te, ut ebrii ſolent, Habac.* 2, 16. *juxta Aben Eſram: R. Salomon reddit, Obturator ſtupore cordis.*

עָרֵל *m.* Præputiatus, Incircumciſus, Obturatus, *cujus membrum genitale obducto præputio obturatum eſt, Exod.* 12, *v.* 48. Conſtr. עֲרַל שְׂפָתָיִם *Obturatus, Præputiatus labiis, Exod.* 6, 12. Plur. עֲרֵלִים *Præputiati, Lev.* 19, 23. Conſtr. עַרְלֵי לֵב *Præputiati corde, Jerem.* 9, 26. Fœm. עֲרֵלָה *Præputiatæ, Jer.* 6, 10.

עָרֵל *m.* Præputiatus: *Ezech.* 44, 9.

עָרְלָה *fœm.* Præputium, *Gen.* 34, 14. Conſtr. עָרְלַת בְּנוֹ *Præputium filii ejus, Exod.* 4, 25. Aff. עָרְלָתָם *Præputii, ſui, Gen.* 17, 27. Plural עֲרָלוֹת 1. *Sam.* 18, 15. Aff. עָרְלוֹתֵיהֶם *Præputia eorum, v.*27.

ערם Calliditate, Aſtu uſus fuit: Infinit. עָרוֹם *Aſtu utendo,* 1. *Sam.* 23, 22. Miph. נֶעֱרַם Coacervari: Prœter. נֶעֶרְמוּ מַיִם *Coacervatæ ſunt aquæ, Exod.* 15, *v.* 8. Hiph. Futur. יַעְרִם *Aſtutè aget, Aſtutus fiet, Prov.* 19, *v.* 25.

עָרוּם *m.* Aſtutus, *Gen.* 3, 1. Plur. עֲרוּמִים *Job.* 5, 11.

עָרֹם ; עָרוֹם *m.* Nudus. *Jeſa.* 58, 7. Plur. עֲרוּמִּים *Nudi, Gen.* 2, 25. Fœm. עֲרֻמָּה *Nuda, Hoſ.* 2, 3.

עירם *m.* Nudus, *Geneſ.* 3, 10. Nuditas, *Deut.* 28. 48. Plural. עירמים *Nudi, Gen.* 3, 7.

ערמה *f.* Aſtutia, *Prov.* 1, *v.* 4. Aff. בערמם *In aſtutia ipſorum, Job.* 5, 13. *contractè pro* בערמתם *cui ſimile vide in* פחרה.

ערמה *f.* Acervus, *Ruth.* 3, 7. Conſtr. ערמת חטים *Acervus triticorum, Cant.* 7, 2. Plur. ערמות *Acervi,* 2. *Par.* 31, 6. Et maſc. ערמים *Acervi, Jer.* 50, 26.

מערמים *m. plur.* Nudi: Aff. מערמיהם *Nudos eorum,* 2. *Par.* 28, 15.

* ערמון *m.* Platanus *arbor: Hebræis,* Caſtanea arbor, *Gen.* 30, 37. Plur. ערמנים *Caſtaneæ, Ezech.* 21, 8.

ערס עריסות *f. pl* Maſſæ, *farinæ ſcil. aquâ conſperſæ:* Aff. עריסתיכם *Maſſarum veſtrarum, Num.* 15, *verſ.* 20.

* ערער *Vide in* ערר.

ערף עורף *m.* Cervix, *Exod.* 23, 27. Aff. ערפו *Cervicis ejus, Lev.* 5, 7. וערפכם *Et cervicem veſtram, Deut.* 10, 16.

ערף Decollavit, *quaſi Decervicare dicas: Item* Stillavit, *idem quod* ערף. Præt. וערפתו *Et decollabis ipſum, Ex.* 13, 13. וערפו *Decollabunt, Deut.* 21, 4. Part. עורף *Decollat, Jeſ.* 66, 3. Part. Præt Fœm. הערופה *Decollata, Deut.* 21, 6 Fut יערף *Decollabit, id eſt, Decutiet, Diruet, Hoſ.* 10, 2. Et ſecundùm alteram ſignificationem, יערף *Stillet, Deut.* 32, 2. יערפו *Stillabunt, Deut.* 33, 28.

עריפים *m p.* Ruinæ, *ex ſignificatione verbi, Hoſ.* 10, 2 *jux- Aben Eſram.* Aff. בעריפיה *In ruinis ejus, nempe Terræ, quò Affixum fœmininum referendum eſt, Jeſa* 5, 30. *Quidam,* In caligine ejus; *Alii,* In ſtillationibus ejus, *ſcil. lucis; & tunc diſcrepantia generis eſt in Affixo.*

ערפל *m.* Caligo, *Job.* 22, 13. לשכן בערפל *Habitare in caligine,* 1. *Reg.* 8, 12.

ערץ Violentiâ uſus fuit, Violenter exagitavit, confregit vel contrivit, Fortem aut Violentum ſe exhibuit: Expavit, Conſternatus fuit: Terruit. Infin. לַעֲרֹץ *Ad violenter exagitandum*, *Pſal.* 10, 18. Fut. אֶעֱרוֹץ *Violentiâ uſus ſim*, *Job.* 21, 34. תַּעַרְצוּ *Expaveſcite*, *Deut.* 20, 3. תַּעֲרוֹצִי *Fortem præbueris te*, *Jeſ.* 47, 12 Hiph. Part. נַעֲרָץ *Formidabilis*, *Pſalm.* 89, 8. Hiph. Fut. יַעֲרִיצוּ *Formidabunt*, *Jeſa.* 29, 23. תַּעֲרִיצוּ *Formidetis*, *Jeſa.* 8, 12.

עָרִיץ *maſc.* Violentus, Tyrannus, Formidabilis: לֶעָרִיץ *Violento*, *Job.* 15, 20 Plur. עָרִיצִים *Violenti, Prævalidi*, *Job.* 6, 23 Conſtr. עָרִיצֵי גוֹיִם *Violentiſſimi gentium*, *Ezech.* 28, 7.

עָרוּץ Ruptura, Concavitas *Job.* 30, 6.

מַעֲרִיץ *m.* Pavor, Terror; Aff. מַעֲרִיצְכֶם *Pavor veſter*, *Jeſa.* 8, 13.

מַעֲרָצָה *f.* Violentia, *Jeſa.* 10, 33.

ערק Fugit. *Propriè Chaldaicum eſt*: Part. הָעוֹרְקִים *Qui fugiunt*, *Job* 30, 3.

עוֹרְקִים *m. p.* Arteriæ, Nervi: Aff. וְעֹרְקַי *Et arteriæ meæ*, *Job.* 30, 17.

ערר עֲרִירִי *maſc.* Solitarius, Ἄτεκνος, Sine libris, *Gen.* 15, 2. Plur. עֲרִירִים *Lev.* 20, 20.

* עַרְעָר *Vide ſuprà in* עָרַר.

ערש *f.* Sponda, Lectus, *Pſal.* 41, 4. Aff. עַרְשִׂי *Spondam meam*, *Pſal.* 6, 7. Plural. עַל עַרְשׂוֹתָם *In ſpondis ſuis*, *Amos* 6, 4.

עשב *m.* Herba, *ſativa propriè & culturâ vel ex ſemine ſuo rurſus proveniens*, *Gen.* 1, 11. Aff. עֶשְׂבָּם *Herbam eorum*. *Jeſ.* 42, 15 Plur. עֲשָׂבוֹת *Herbæ*, *Prov.* 27, 25. Chald. בַּעֲשַׂב אַרְעָא In herba terræ, Dan 4, 12. וְעִשְׂבָּא Et herbam, verſ. 22.

עשר

עָשָׂה Fecit, Effecit: Paravit, Apparavit; Comparavit, Acquiſivit; Magnifecit, Magnificavit: Curavit, Aptavit: *Item,* Confecit, Subegit, Compreſſit, Conſumpſit: *quomodo cum* עָסַס *convenit, ut notat R. Salomon, Malach.* 4, 3. Præter. עָשָׂה *Fecerat, Gen.* 1. *v.* 31. עָשְׂךָ *Magnifecit te, Deut.* 32, 6. Partic. עוֹשָׂה *Conficiens, Conſumens. Soph.* 3, *v.* 19. Infinit. בַּעֲשׂוֹת *In conficiendo, id eſt, Subigendo, Ezech.* 23, 21. *&c.* Semel etiam ex Futuro ſcriptum, וַיַּעַשׂ *& legendum,* וַיַּעַט *vide* עָטָה Niph. נַעֲשָׂה Fieri: Præt. נַעֲשָׂה *Factum eſt, Eccleſ.* 9, *v.* 3. Partic. וְנַעֲשִׂים *Et facti, Eſth.* 9, *v.* 28. *&c.* Pih. Præter. עִשּׂוּ *Confecerunt, Subegerunt, Ezech.* 23, 3. Pyh. Præt. עֻשֵּׂיתִי *Factus ſum, Pſal.* 139, *v.* 15.

מַעֲשֶׂה *maſc.* Factum, Opus, Opificium: Conſtruct. וּמַעֲשֵׂה *Et opus,* 1. *Reg.* 7, 33. Aff. מַעֲשֵׂהוּ *Operi ejus.* 2. *Regum* 16. 10. Plur. מַעֲשִׂים *Num.* 16, 28 Conſtr. מַעֲשֵׂי יָהּ *Opera Dei, Pſ.* 118, 17. Aff. מִמַּעֲשָׂיו *Ab operibus ſuis, Exod.* 5, 4.

עָשַׁן Fumavit: Præt. עָשַׁנְתָּ *Fumaturus es, Pſal.* 80, 5. *metaphoricè, pro,* Iratus eris. *Et ſic* Futurum. יֶעְשַׁן *Fumabit, Pſal.* 74, 1. וְיֶעֱשָׁנוּ *Et fumabunt, Pſal.* 104, *v.* 32.

עָשָׁן *m.* Fumus, *Gen.* 15, 17. Conſtr. עֲשַׁן *Joſ.* 8, 20. Aff. עֲשָׁנָהּ *Fumus ejus, Jeſa.* 34, 10.

עָשֵׁן *m.* Fumans, Fumigans, *Exod.* 20, *verſ.* 18. Plural. הָעֲשֵׁנִים *Fumigantium, Jeſa.* 7, 4.

עָשָׁן *m.* Fumus, *Exod.* 19, 18.

עָשַׁק Oppreſſit, *vi ſcilicet vel fraude, aut injuriâ,* Fraudavit, Fraudem fecit, Fraude vel Oppreſſione detinuit: Præt. עָשַׁק *Oppreſſit, Ezech.* 18, 18. Et paſſivè עָשְׁקָה־לִּי *Vis vel Oppreſſio fit mihi, Jeſ* 38, 14. *quod juxta R. Salomonem eſt Imperativus,* Oppreſſionem

nem fac vel Opprime me: *Quibuſdam eſt nomen ſubſt. cum Kametz chatuph ab initio*, Oppreſſio, &c. Pyh. Part. הַמְעֻשָּׁקָה *O oppreſſa, Jeſa.* 23, 12.

עָשׁוֹק *m.* Oppreſſor, *Jer.* 22, 3. *Formæ* גָּדוֹל, רָחוֹק.

עֹשֶׁק *m.* Oppreſſio, Fraus, *Pſal.* 73, 8.

מַעֲשַׁקּוֹת *m.* Oppreſſiones, *Jeſa.* 33, 15.

עשק Hithp. הִתְעַשֵּׂק Litem habere vel movere, Litigare. Præterit. הִתְעַשְּׂקוּ *Litem moverunt, Geneſ.* 26, 20.

עֵשֶׂק *maſcul.* Lis; *Eſt autem* Nomen proprium fontis propter quem litigarunt, *Ibid.*

עָשַׁר Diteſcere, Ditari. Præterit. עָשַׁרְתִּי *Ditatus ſum, Hoſ.* 12, 4. Fut. יֶעְשַׁר *Diteſcet, Job.* 15, 29. Hiph. הֶעֱשִׁיר Ditavit. Præteritum, הֶעֱשַׁרְתִּי *Ditavi Abrahamum, Geneſ.* 14, 23. *Abſolutè poſitum, eſt,* Diteſcere; Infinitiv. לְהַעֲשִׁיר *Ut diteſcas, Prov.* 23, *v.* 4. *&c.* Hithp. Particip. מִתְעַשֵּׁר *Divitem ſe jactans vel fingens, Prov.* 13, 7.

עָשִׁיר *m.* Dives, 2. *Sam.* 12, 1. Plural וַעֲשִׁירִים *Et divites, Ecleſ.* 10, 6. Conſtruct. עֲשִׁירֵי עָם *Divites populi, Pſal.* 45, 13.

עֹשֶׁר *m.* Divitiæ, 1. *Sam.* 17, 25. Aff. עָשְׁרוֹ *Divitiarum ſuarum, Pſal.* 52, 9.

עָשַׂר Decimavit; Decimas accepit: Futur. יַעְשֹׂר *Decimabit,* 1. *Sam.* 8, 15. Pih. Participium, הַמְעַשְּׂרִים *Decimaturi ſunt, Nehem.* 10, 37. Infin. & Futur. עַשֵּׂר אֲעַשְּׂרֶנּוּ *Decimando decimaturus ſum, id eſt, decimas daturus, Gen.* 28, 22. *Sic,* עַשֵּׂר תְּעַשֵּׂר *Decimando decimabis, Deuter.* 14, 22. Hiph. Infin. בַּעְשֵׂר *In decimando, quando dabunt decimas, Nehem.* 10, *verſ.* 38. לַעְשֵׂר *Decimare, decimas dare, Deut.* 26, 12.

עֶשֶׂר *maſc.* Decem, Decimus, *jungiturq́; ſemper nomini nume-*

Digitized by Google

numerali Articulum, ut vocant Arithmetici, denotanti: אַחַד עָשָׂר יוֹם *Undecimo die, Deut.* 1, 2. וְאַחַד עָשָׂר *Et undecim, Gen.* 37, 9. Chald. עֲשַׂר Decem, Dan. 7, 7. תְּרֵי עֲשַׂר Duodecim, Dan. 4, 26.

עֶשֶׂר *f.* Decem, *Exod.* 36, 21.

עָשׂוֹר *m.* Decem, Decimus, *Gen.* 24, 55. בֶּעָשׂוֹר *In ipſo decimo, ſcilicet die, Exod.* 12, 3. *Item* Decachordum, *Pſal.* 33, 2.

עֲשָׂרָה *m. Decem, Gen.* 18, 32. Chald. עַשְׂרָה Decem, Dan. 7, 24. Conſtr. עֲשֶׂרֶת *quod inſtar ſubſtantivi eſt, quaſi Decadem Dicas:* עֲשֶׂרֶת הַדְּבָרִים *Decas verborum, Decem verba, Exod.* 34, 28. Plur. עֲשָׂרוֹת Decuriæ, & *Præfecti decuriarum, id eſt,* Decuriones, *Exod.* 18, 21.

עֶשְׂרֵה *f.* Decem: *Semper alii nomini numerali poſtponitur: ut,* אַחַת עֶשְׂרֵה *Undecimo,* 2. *Reg.* 9, 29. שְׁתֵּים עֶשְׂרֵה *Duodecim, Geneſ.* 5, 8.

עֲשִׂירִי *m.* Decimus, *Geneſ.* 8, 5.

עֲשִׂירִיָּה *f.* Decimatio, Decimæ, *Jeſa.* 6, 13.

עֲשִׂירִית *f.* Decima, pars decima. *Exod.* 16, 36. בַּשָּׁנָה הָעֲשִׂירִית *In anno decimo, Jer.* 32, 1.

עֶשְׂרִים *c. p.* Viginti, *Gen.* 18, 31. *pro* עֲשָׂרִים *Bis dena, Item* Vigeſimus, וּבְיוֹם עֶשְׂרִים *Et die viceſimo,* 2. *Paral.* 7, 10. Chald. עֶשְׂרִין Viginti, Dan. 6, 2.

עִשָּׂרוֹן *m.* Decima pars, *Num.* 15, 4.

עֶשְׂרֹנִים *m. p.* Decimæ partes, *Lev.* 14, 10.

מַעֲשֵׂר *m.* Decima. *Hæc erat duplex: Primam dabat colonus Levitis, de qua ipſi rurſus dabant decimam Sacerdotibus, Numer.* 18, *v.* 26. 28. *reliquum Levitarum fuit proprium, & liberum, v.* 31. *Deinde colonus rurſus Levitis dabat decimam ſecundam, quæ ſacra erat, & à Levitis in atrio templi conſumebatur, Deuter.* 14, 23. וַיִּתֶּן לוֹ מַעֲשֵׂר *Et dedit ei decimam de omnibus, Geneſ.* 14, 20. Conſtr. מַעְשַׂר *Decimam terræ,*

Digitized by Google

terræ, Deut. 14, 25. מִמַּעְשְׂרוֹ *De decima ſua, Lev.* 27, *v.* 31. Plurale fœmininum cum Aff. מַעְשְׂרֹתֵיכֶם *Decimis veſtris, Numer.* 18, 28.

עָשֵׁשׁ Depaſci, Contabeſcere: Præter. *Et oſſa mea,* עָשֵׁשׁוּ *Contabeſcunt, Pſal.* 31, 11. עָשְׁשָׁה *Contabuit, Depaſtus eſt, Pſal.* 6, 8. *Quidam, Caligavit.*

עָשׁ *m.* Tinea, à *Depaſcendo dicta, Job.* 13, 28. *Aliam ſignificationem vide in* עוש.

עָשַׁת Nitidum eſſe: עָשְׁתוּ *Nitidi ſunt, Jer.* 5, 28. Hithp. הִתְעַשֵּׁת Cogitavit, *ex Chaldaico uſu, ut ſequitur:* Futur. יִתְעַשֵּׁת *Cogitabit, Cogitationem ſuſcipiet: vel ſecundùm quoſdam, Nitidum, id eſt, Amicum exhibebit ſe, Jon.* 1, 6.

עֲשִׁית Chald. *Cogitavit:* Præter. וּמַלְכָּא עֲשִׁית *Et rex cogitabat, Dan.* 6, 3.

עָשׁוֹת *m.* Nitidum, Terſum, *Ezech.* 27, 19.

עֶשֶׁת *m.* Nitor, *Cant.* 5, 14.

עַשְׁתֵּי Unum, Unus, *ſed ſemper additur nomini numerali* עָשָׂר *vel* עֶשְׂרֵה *pro* Undecim, Undecimus: בְּעַשְׁתֵּי עָשָׂר *In undecimo, Deut.* 1, 3. לְעַשְׁתֵּי עֶשְׂרֵה *Undecim, Exod.* 26, 8. *Vide Aben Eſram, Num,* 7, 72.

עַשְׁתּוּת *f.* Cogitatio: לְעַשְׁתּוּת *Ad cogitationem, Job,* 12, 5. *Quidam libri* לְעַשְׁתּוֹת.

עֶשְׁתֹּנוֹת *f. p.* Cogitationes: Aff. עֶשְׁתֹּנֹתָיו *Cogitationes ejus, Pſal.* 146, 4.

עשתר עַשְׁתְּרֹת *fœm.* Grex: Plural. Conſtruct. וְעַשְׁתְּרוֹת צֹאנֶךָ *Et greges ovium tuarum, Deuter.* 7, 13. & 28, 4. Apud Talmudicos legitur, *ſic dici* שמעשרות את בעליהן *quòd ditant dominos ſuos: Chol. fol.* 84. 2. *Chaldæus* עֶדְרֵי *Greges.* Eſt & nomen imaginum, ovium formam habentium, *ut Kimchi notat,* quas pro deabus colebant Tzidonii & Philiſtæi, *Judic.* 2, 13. 1. *Samuel.* 31, 10.

Eſt

Eſt & Nomen proprium urbis, *Deut.* 1, *verſ.* 4. *Inde*, עַשְׁתְּרָתִי Haſteratæus, 1. *Paral.* 11, 4.

עָתַד Pih Paravit. Imper. עַתְּדָהּ *Para illud, Prov.* 24. *v.* 27. Hithp. Præter. הִתְעַתְּדוּ *Paratæ fuerunt, vel, Parant ſe, Job.* 15, 28.

עָתִיד *m.* Paratus, *Job.* 15, 24. Plural עֲתִידִים *Parati, Eſth.* 3, 14. Fœm. עֲתִדֹת לָמוֹ *Parata eis, id eſt, quæ eventura ſunt ipſis, Deut.* 32, 35. Chald. עֲתִידִין Parati eſtis, Dan. 3, 15. *Apud Rabbinos*, Futurum, *& ſic Grammaticis* עָתִיד *Tempus futurum.*

עַתּוּדִים *m. p.* Hirci, *majores propriè, qui gregis duces ſunt, Num.* 7, 17. *Metaphoricè* Duces: Conſtr. עַתּוּדֵי אָרֶץ *Duces terræ, Jeſa.* 14, 9.

עֲתוּדִים *m. p.* Parata, *id eſt, Theſauri parati, Divitiæ comparatæ, juxta Kimchium*: Aff. וַעֲתִידוֹתֵיהֶם *Et paratos theſauros eorum, Jeſa.* 10, 13. *Scribitur in medio cum* י, *ſed legendum juxta Maſorethas per* ו *cum Schurek.*

עָתַם Niph. נֶעְתַּם Obſcurari: Præter. נֶעְתַּם אָרֶץ *Obſcurata eſt terra, Jeſa.* 9, 19. *Aben Eſra ſcribit eſſe idem quod* קדר, חשך. *Sic Arabicè juxta R. David.*

עָתַק Conſeneſcere, Veteraſcere: Transferri. Præterit. עָתְקוּ *Veteraſcunt, Job.* 21, 7. עָתְקָה *Conſenuit, Pſal.* 6, 8. Futurum, וְיֶעְתַּק *Transferetur, Refigetur, Job.* 18, 4. Hiph. הֶעְתִּיק Transſcribere, Transferre, Refigere. Præterit. הֶעְתִּיקוּ *Transſcripſerunt, Ex multis libris in unum contulerunt*: *Proverb.* 25, 1. הֶעְתִּיקוּ מֵהֶם מִלִּים *Tranſtulerunt; impersonaliter, pro, Translati ſunt ab illis ſermones, Job.* 32, 15. Particip. הַמַּעְתִּיק *Qui refigit, transfert, Job.* 9, 5. Futur. וַיַּעְתֵּק *Et refixit, tranſtulit, Gen.* 12, 8.

עָתָק *m.* Durum, Perverſum, Detortum, 1. *Sam.* 2, 3. *Pſal.* 75, 6.

עָתֵק *m.* Durans, Durabile, Stabile, *quaſi Antiquum dicas, Prov.* 8, 18.

עָתִיק *m.* Idem, *Jeſa.* 23, 13.

עַתִּיק Chald. *Antiquus,* Dan. 7, 13. וְעַתִּיק יוֹמִין Et antiquus dierum, v. 9. Plural. עַתִּיקִים Antiqua, Obſoleta, 1. *Par.* 4, 22. Conſtr. עַתִּיקֵי מִשָּׁדָיִם Tranſlati, *Avulſi ab uberibus, Jeſa.* 28, 9.

עָתַר Deprecatus eſt, Supplex oravit: *Conſtruitur cum Præpoſitione* לְ & אֶל: Fut. יֶעְתַּר אֶל־אֱלוֹהַּ *Supplex oraverit ad Deum, Job.* 33, 26. וַיֶּעְתַּר יִצְחָק לַיהוָה *Et ſupplex oravit Iſaac ad Dominum, Gen.* 25, 1. Niph. נַעְתַּר Exoratus fuit, *Jeſa.* 19, 29. Et in Cholem וְנֵעְתּוֹר *Et exoratus fuerat,* 1. *Par.* 5, 20. *Simile vide in* חָפַף. Particip. וְנַעְתָּרוֹת *Deprecanda, precibus avertenda, quia infida, Prov.* 2 , 6. Futur. וַיֵּעָתֵר *Et exoratus eſt,* 2. *Sam.* 24, 25. Hiph. Præter. וְהַעְתַּרְתִּי *Et ſupplex orabo, Exod.* 8, 29. וְהַעְתַּרְתֶּם *Et abunde profudiſtis, Ezech.* 35, 13. Imperat. הַעְתִּירוּ *Supplices orate, Exod.* 8, 28. Futur. אַעְתִּיר *Supplex orabo, Exod.* 8, 9.

עָתָר *m.* Abundantia: Conſtr. וַעֲתַר עֲנַן *Et abundantia nubis ſuffitus, Ezech.* 8, 11.

עֲתֶרֶת *f.* Idem: עֲתֶרֶת שָׁלוֹם *Abundantia pacis, Jer.* 33, 6.

עֲתָרִים *m. p.* Supplices: Aff. עֲתָרַי *Supplices mei, Soph.* 3, 10. *quod multis Proprium nomen populorum cenſetur,* Hataræi.

עָתַת Tempeſtive eloqui: Infin. לָעוּת *Ad tempeſtive loquendum, Jeſ.* 50, 4. *nempe,* לֵאמוֹר דָּבָר בְּעִתּוֹ Loqui rem in tempore ſuo, *ut Kimchi exponit, & Schurek eſt loco Cholem, cui ſimile vide in* חָלַל.

עֵת *c.* Tempus, *Eccleſ.* 3, 2. *Vide Aben Eſram Eccl.* 9, 11. Aff. עִתּוֹ *Tempus ſuum, Eccl.* 9, 12. Plur. עִתִּים *Tempora, Job.* 24, 1. Cum Aff. עִתֶּיךָ *Temporum tuorum, Jeſ.* 33, 6.

Digitized by Google

33, 6. Fœm. לְעִתּוֹת *Temporibus, Pſ.*9, 10. Aff. עִתּוֹתַי *Tempora mea, Pſ.*31, 16. וּבְעֵת Chald. vide in עֲנָה. *Deducunt vulgò ab* עוּת Perdere, *ſed Dageſch illis obſtat.*

עִתִּי *m.* Tem, eſtivus, Opportunus, *Lev.* 16, 21.

עַתָּה Nunc, Jam, Modò, *quaſi, Hoc tempore vel momento:* מֵעַתָּה *Ex nunc, Ab hoc tempore, Hinc, Pſ.*113, 2.

פ

פֵּאָה *fœm.* Angulus, Latus, Plaga: קְצוּצֵי פֵאָה *Extremati angulo, Jer.* 9, 26. *id eſt, Arabes in extremis angulis deſerti habitantes, ut Kimchi & R. Salomon exponunt:* Conſtr. פְּאַת נֶגֶב *Plaga auſtralis, Num.* 34, 3 Plural. הַפֵּאוֹת *Exod.* 25, *v.* 26. Conſtructum terminatione maſc. פַּאֲתֵי *Latera, Angulos Moab, vel juxta Chaldæum,* Duces, *Numer.*24, 17. *Hinc* Verbum *in* Hiphil, *unde* Futur. אַפְאֵיהֶם Angulabo eos, *Deut.*32, 26. *id eſt, Angulatim profligabo eos, vel, In angulos & extremitates terræ relegabo eos: aut, Ex omnibus angulis ejiciam eos: Joth eſt loco tertiæ radicalis, quaſi pro* אַפְאָה אוֹתָם *ut R, Salomon exponit.*

* פא *Vide infrà in* פה.

פֵּאֵר Pih. Ornavit, Decoravit, Glorificavit. *Semel ex ſignificatione Nominis derivati eſt,* Ramos ſcrutari, *ramos ſigillatim recognoſcere, & fructus decutere:* Præter. פֵּאֲרָךְ *Decoravit te, Jeſa.* 55, 5. Futur. אֲפָאֵר *Ornabo, Jeſ.*60, 7. לֹא תְפָאֵר אַחֲרֶיךָ *Non ſcrutaberis ramos poſt te, poſtquam ſcil. olivas tuas decuſſeris, Deut.* 24, 20. *& notatur in medio cum Pathach, diſcernendæ ſignificationis cauſa, ſcribit Kimchi.* Hithp. Infin. לְהִתְפָּאֵר *Adgloriandum, Jeſ.*60, 21. Imp. הִתְפָּאֵר עָלַי *Gloriare, Gloriam aſſume ſupra me, Exod.* 8, 5.

Digitized by Google

פְּאֵר *m.* Ornatus, Ornamentum, Decus, Tiara, capitis ornamentum : פְּאֵר תַּחַת אֵפֶר *Ornatum loco cineris, Jeſa.* 61, 3. Aff. פְּאֵרְךָ *Tiaram tuam, Ezech.* 24, 17. Plural. הַפְּאֵרִים *Tiaræ, Jeſ.* 3, 20. Conſtr. פַּאֲרֵי פִשְׁתִּים *Tiaræ lineæ, Ezech.* 44, 18. Aff. וּפְאֵרְכֶם *Et tiaræ veſtræ, Ezech.* 24, 23. *cum defectu* י *in medio, pro* פְּאֵרֵיכֶם *ut Kimchi notat.*

פֹּארָה פֻּארָה *f.* Ramus, *quia Ornamentum arboris, Jeſ.* 10, 33. Plural. פֹּארוֹת *Rami, Ezech.* 17, 6. פֹּארֹתָיו *Ramos ſuos, Ezech.* 31, 5.

תִּפְאֶרֶת תִּפְאָרָה *fœm.* Ornatus, Ornamentum, Decor, Gloria : Aff. תִּפְאַרְתּוֹ *Decor ejus, Jeſa.* 28, 1.

פָּארוּר *m.* Elegantia, Nitor, *juxta quosdam, per geminationem tertiæ radicalis : Vide* פרר.

פגג פַּגִּים *m. p.* Groſſuli, *Ficus immaturæ* : Aff. פַּגֶּיהָ *Groſſulos ſuos, Cant.* 2, 13.

פגל פִּגּוּל *maſcul.* Abominatio, Res abominanda : *Propriè dicitur de carne fœtoris & coloris tetri* : בְּשַׂר פִּגּוּל *Caro abominationis, id eſt, abominanda, Ezech.* 4, 14. Plural. וּפְרַק פִּגֻּלִים *Et fragmen ſive fruſtum carnium abominandarum, Jeſa.* 65, 4.

פגע Occurrit, Incurrit, Irruit, Incidit, Offendit, Obviam venit, Obviam factus fuit, Intervenit, Interceſſit. *Conſtruitur cum Præpoſitione* אֶל & בְּ : Præt. וּפָגַע בְּדַבָּשֶׁת *Et incurrit in Dabbeſchet*: וּפָגַע אֶל הַנַּחַל *Et incurrit quoque in torrentem, Joſ.* 19, 11. *Item cum Accuſat.* פָּגַעְתָּ אֶת־שָׂשׂ *Occurris gaudenti, Jeſa.* 64, 5. Futur. נִפְגַּע־בּוֹ *Intercedemus apud eum, Job.* 21, 15. Hiph. הִפְגִּיעַ Incurrere fecit : Intervenit : Interceſſit : Præterit. הִפְגִּיעַ־בּוֹ *Incurrere fecit in eum, Jeſa.* 53, *verſ.* 6. הִפְגַּעְתִּי בְךָ *Intercederem pro te, Jerem.* 15, 11.

פֶּגַע *m.* Occurſus, Caſus, 1, *Reg.* 5, 4. *Eccleſ.* 9, 11.

מִפְגָּע

מִפְגָּע *m.* Scopus, *Job.* 7, 20.

פָּגַר Pih פִּגֵּר Piger, Laſſus, Defectus viribus fuit: Præterit. אֲשֶׁר פִּגְּרוּ *Qui defecti viribus erant*, 1. *Samuel.* 30, 10. 21. *Quidam Chirek loco Kibbutz eſſe volunt, quaſi ſit ex Pyhal.*

פֶּגֶר *m.* Cadaver, *corpus viribus Defectum*, 1. *Samuel.* 17, 46. Plural. פְּגָרִים *Cadavera*, 2. *Reg.* 19, 35. Conſtr. פִּגְרֵי הָאָדָם *Cadavera hominum*, *Jer.* 33, 5. Aff. פִּגְרֵיכֶם *Cadavera veſtra*, *Num.* 14, 29.

פָּגַשׁ Occurrit: *Conſtruitur cum Accuſ. & Præpoſ.* בְּ. Præterit. אֲשֶׁר פָּגַשְׁתִּי *Cui occurri*, *Geneſ.* 33, 8. Futur. וַתִּפְגֹּשׁ אוֹתָם *Occurrit eis*, 1. *Sam.* 25, 20. Niph. Præterit. נִפְגָּשׁוּ *Occurrunt ſibi*, *Pſalm.* 87, *v.* 11. Pih. Futur, יְפַגְּשׁוּ *Incurrent*, *Job* 5, 14.

פָּדָה Redemit: Præter. פָּדָה אֶת־נַפְשִׁי *Redemit animam meam*, 2. *Sam*, 4, 9. Niph. Præterit. וְהָפְדֵּה לֹא נִפְדָּתָה *Redimendo non fuit redempta*, *Levit.* 19, 20. Futur, לֹא יִפָּדֶה *Non redimetur*, *Levit.* 27, 29. Hiph. Præter. וְהֶפְדָּהּ *Et redimi curet eam*, *Exod.* 21, 8. Hoph. Infin. וְהָפְדֵּה *ut paulò antè.*

פְּדוּיִם Redemptio, *Num* 3, 49.

פְּדוּי *m.* Idem, *Num.* 3, *v.* 46. 51.

פִּדְיוֹן *maſc.* Idem: *vel* Redemptionis pretium, *Exod.* 21, *verſ.* 30.

פְּדוּת פְּדוּת *f.* Redemptio, *Pſalm.* 111, 9.

פַּדָּן Paddan, *Nomen proprium loci*, *Gen.* 48, 7. מִפַּדַּן אֲרָם *Ex Paddan Aram*, *Gen.* 25, 20. *id eſt, campeſtri Syria. Nam* פַּדָּן *Arabicè, Ager, Campus, ut Aben Eſra & Rabbi Salomon tradunt:* פַּדֶּנָה *Paddanem*, *Geneſ.* 28, 2. *cum* ה *locali.*

אַפֶּדֶן Palatium, Auguſtale: Affix. וְיִטַּע אָהֳלֵי אַפַּדְנוֹ *Et figet tentoria palatii ſui*, *Daniel.* 11, 45. *Sic in Targum,*

וְיִגְזוֹר יַת אַפַּדְנֵיהּ עֲלֵיהוֹן *Et extendet auguſtale ſuum ſuper eos. Hebr.* שַׁפְרִירוֹ. *Jer.* 43, 10.

פָּרַע Redemit: Imp. פְּרָעֵהוּ *Redime eum, Job.* 33, 24. *Convenit cum* פָּדָה mutato ה in ע.

פֶּרֶד *m.* Inteſtina: *vel juxta Aben Eſram,* Adeps. *Levit.* 1, 8. Aff. וְאֶת־פִּדְרוֹ *Et adipem ejus, v.* 12.

פֶּה *m.* Os, oris: *Metaphoricè* Acies, *cùm de gladio dicitur & variis deinceps rebus accommodatur: Radix eſſet* פִּית & פֶּה *pro* פִּית *formæ* גֵּאָה *ut Kimchi ponit in Michlol. Simile ipſi eſt* שֶׂה: לֶחֶם פֶּה *Os eis, Pſal.* 115, 5. פֶּה לָפֶה *Ore ad os, 2. Reg.* 10, 21. *i.e. Confertim, adeò plenè, ut ora hominum ſe invicem contingerent:* פֶּה אֶל־פֶּה *Ore ad os, coràm, Numer.* 12, *v.* 8. *Sic* στόμα πρὸς στόμα 2. *Joh.* 1, 12. Conſtr. & cum Affixis junctum, ſemper eſt cum Chirek & Jodh: פִּי צַדִּיק *Os juſti, Pſalm.* 37, 10. פִּי־שְׁנַיִם *Os duorum, Deut.* 21, 17. *id eſt, portio duplex:* עַל־פִּי *Secundum os, ex præſtituto, juxta mandatum, Numer.* 3, 16. Sic פִּי ſæpè eſt particula expletiva, ſeu ſyllabica adjectio, modum & æſtimationem ſignificans: *ut,* עַל־פִּי הַדְּבָרִים הָאֵלֶּה *Juxta verba hæc, Geneſ.* 43, 7. לְפִי חָרֶב *Ore gladii, Joſ.* 6, 21. *id eſt, Acie gladii, per gladium. Item* לְפִי Secundùm, Juxta, Pro ratione: כְּפִי Idem; *quomodo etiam expletivum eſt, Exod.* 16, 21. Aff. עִם־פִּיךָ וְעִם־פִּיהוּ *Cum ore tuo, & cum ore ejus, Exod.* 4, 15. לְפִיהֶן *Secundùm illos, Lev.* 25, 51. פִּי *Os meum loquitur ad vos, pro* פִּיִּי *Geneſ.* 45, *v.* 15. Plural. maſcul. פְּצִירָה פִים *Lima ora habens, 1. Sam.* 13, 21. *i.e. cui ſunt* פִּים רַבִּים *Ora multa, hoc eſt, plena inciſuris, ad meliùs acuendum ferrum:* Et maſculinum ſub terminatione fœmin. וְלָהּ שְׁנֵי פֵיוֹת *Et ei erant duo ora, i. e. duæ acies, Jud.* 3, 16. Et פ cum Chirek, כְּחֶרֶב פִּיּוֹת *Sicut gladius acierum, id eſt, bipennis, Proverb.* 5, 4. Et geminatum, חֶרֶב פִּיפִיּוֹת *Gladius acierum, ut antè, Pſalm.* 149, 6.

פרח

פֹּה Hic, *Geneſ.* 22, 5. Huc, 1. *Sam.* 16, 11. מִפֹּה Inde *Ezech* 40, 39. עַד־פֹּה Hucuſque, *Job.* 38. *verſ.* 11. Cum Aleph; וּפֹא *Et hic, Ibid.* Sæpiſſimè eſt cum ו loco ה: Tres מִפּוֹ Hinc, *& tres* מִפּוֹ Illinc, *Ezech.* 40, 21. מִפּוֹ וּמִפּוֹ *Hinc & inde, Utrinque. v.* 34. Cum quæſitivo אֵי ab initio, אֵיפֹה Ubinam? *Job.* 38, 4. Qualesnam, *Jud.* 8, 18. Quater eſt cum ו loco ה: Item abſque Joth; אֵפוֹ Jam, Nunc, *Job.* 9. *v.* 24. וְאַיֵּה אֵפוֹ *Ubinam nunc eſt, Job* 17, 15. דְּעוּ אֵפוֹ *Scitote nunc, Job.* 19, 6. Sic cum א in fine, מִי אֵפוֹא הוּא *Quis nunc ille, Geneſ.* 27, 33. *Eſt quaſi expletiva particula.*

פּוּג Intermittere. Ceſſare: Deficere, Deliquium pati: Futur. וַיָּפָג לִבּוֹ *Defecit animus ejus, Gen.* 45, 26. תָּפוּג תּוֹרָה *Ceſſabat lex, Pſalm.* 77, 3. Niph. Præterit. נְפוּגֹתִי *Debilitatus ſum, Pſal.* 38, 9.

פּוּגָה *f.* Intermiſſio, Ceſſatio: Conſtr. אַל־תִּתְּנִי פוּגַת לָךְ *Ne des intermiſſionem tibi, Thren.* 2, 18. *ſcil.* עַיִן *oculi, ut Aben Eſra complet.*

הֲפֻגוֹת *f. p.* Intermiſſiones, *Thren.* 3, 49.

פּוּחַ Afflavit, Aſpiravit: עַד שֶׁיָּפוּחַ הַיּוֹם *Donec aſpiravit dies, Cantic.* 2, *v.* 17. Hiph. הֵפִיחַ Conflavit, Perflavit, Sufflavit, Exſufflavit, Efflavit; *metaphoricè* Effatus, Elocutus eſt: *quia Sermo nihil aliùd quam flatus & ſpiritus eſt, unde &* Spiritus oris *alibi vocatur: Item* Illaqueavit, *ex ſignificatione Nominis derivati, quod Laqueum ſignificat:* Infinit. הָפֵחַ *Illaqueando, Jeſa.* 42, *v.* 22. Imper. הָפִיחִי גַנִּי *Perfla hortum meum, Cant.* 4, *v.* 16. Futur. יָפִיחַ כְּזָבִים *Efflat mendacia, Prov.* 6, 19. יָפִיחַ בָּהֶם *Sufflat in eos, Pſalm.* 10, 5. יָפִיחוּ קִרְיָה *Exſufflant urbem, vel, Illaqueant, Prov.* 29, 8.

פִּיחַ *m.* Favilla, *quia Flatu excitatur, Exod.* 9, 8.

פַּח *m.* Laqueus, *Hoſ.* 5, 1. Plur. פַּחִים *Laquei, Prov.* 22, 5.

Digitized by Google

Item Laminæ. *Numer*. 16, 38. Conſtr. אֶת־פַּחֵי הַזָּהָב *Laminas auri, Exod*. 39, 3. *Eſt quaſi à* פחח.

פוך *m*. Stibium, Fucus, *qui venuſtandæ faciei adhibetur: Et poſuiſti* בַּפּוּךְ *In fucum oculos tuos*, 2. *Reg* 9, 30. *Vide & Jerem*. 4, 30. Eſt & lapidis pretioſi nomen, *quem alii* Carbunculum, *alii* Rubinum eſſe *volunt*, 1. *Paral*. 29, 2, *Jeſa*. 54, 11.

פול *m*. Faba, 2. *Sam*. 17, 28. וּפוֹל וַעֲדָשִׁים *Et fabas & lentes, Ezech*. 4, 9.

פום פֻּם *maſc*. Chald. *Os oris*: עַל־פֻּם Super os, Dan. 6, 18. בְּפוּם In ore, Dan. 4, 28. Cum Aff. בְּפֻמַּהּ In ore ſuo, Dan. 7, 5.

פון Animi pendere, Dubium, Solicitum, Anxium eſſe, Hæſitare: Futurum, אָפוּנָה *Animi pendeo, Pſal*. 88, 16.

פֶּן Ne fortè, Ne, Ut ne, Ut non: *quandoque hæſitantis, ſæpè ſimpliciter negantis particula*: פֶּן תְּמֻתוּן *Ne moriamini, Geneſ*. 3, *v*. 3. *Conſtruitur cum Futuro, & ſemel abuſivè cum Præterito, quod pro Futuro ponitur*, 2. *Sam*. 20, 6.

פוץ Spargere ſe, Spargi, Diſpergi, Diſſipari, Diſſilire: Imperat. פֻּצוּ *Diſpergite*, 2. *Samuel*. 14, 34. Futur. פֶּן־נָפוּץ *Ne fortè diſpergamur, Gen*. 11, 4. Niph. Præt. נָפֹצוּ *Diſperſæ ſunt, Gen*. 10, 18. נְפוֹצוֹתֶם *Diſperſi eſtis, Ezech*. 11, 17. Pih. Fut. יְפוֹצֵץ *Facit ut diſſiliat vel diſpergatur, Jer*. 23, 29. Et geminatis duabus radicalibus, וַיְפַצְפְּצֵנִי *Et diſſipavit me, concutiendo diſſilire fecit me, Job*. 16, 12. Hiph. Præt. וְהֵפִיץ יְהוָה אֶתְכֶם *Et diſperget Dominus vos, Deuteron*. 4, 27. Hithp. Futur. וַיִּתְפֹּצְצוּ *Et diſſipati ſunt; Abac*. 3, 6.

מֵפִיץ *m*. Malleus, Marculus: *q. Diſpergens, Prov*. 25, 18.

תְּפוּצוֹת *f. p*. Diſperſiones: Aff. וּתְפוֹצוֹתִיכֶם *Et diſperſiones veſtræ, Jer*. 25, 34. *cum duplici Vau Cholem*.

פוק

פוק Titubavit, Vacillavit: Præterit. פָּקוּ *Titubant*, *Jeſa.* 28, 7. Hiph. הֵפִיק Vacillare fecit vel ſivit: *Item*, Protulit, Produxit, Provexit, Eduxit, Expromſit, *quæ ſignificatio propriè Chaldaica eſt*: Part. מְפִיקִים *Proferunt*, *Pſalm.* 144, 13. Futur. וְלֹא יָפִיק *Ut non vacillet*, *Jer.* 10, 4. יָפִיק תְּבוּנָה *Eduxit intelligentiam*, *Prov.* 8, 35. *id eſt, conſequitur.*

פִּיק *m.* Titubatio, *Nah.* 2, 10. *ſcribitur* פָּק *defectè.*

פּוּקָה *f.* Idem, 1. *Sam.* 25, 31.

פור Diſrumpi: Infinit. פּוֹר *Diſrumpendo*, *Jeſ.* 24, 19. Pih. Præterit. פּוֹרַרְתָּ בְעָזְּךָ יָם *Diſrupiſti fortitudine tua mare*, *Pſal.* 74, 13. Et geminatis duabus radicalibus. Futur. וַיְפַרְפְּרֵנִי *Et diſrupit me, minutim concidit vel confregit me*, *Job*, 16, 12. Hiph. הֵפֵר הֵפִיר Fregit, Irritum fecit. Præter. אֶת־בְּרִיתִי הֵפַר *Fœdus meum irritum fecit*, *Gen.* 17, 14. *cum Pathach propter pauſam. Sic Num.* 15, 31. הֵפִיר עֲצַת גּוֹיִם *Irritum facit conſilium gentium*, *Pſalm.* 33, 10. Hoph. Futur. גַּם־בְּרִיתִי תֻּפַר *Et fœdus meum irritum fiet*, *Jer.* 33, 21. Hitph. Præt. הִתְפּוֹרְרָה *Diſrupit ſe*, *Jeſa.* 24, 19.

פּוּרָה *f.* Torcular, *à Confringendis uvis*, *Jeſa.* 43, 3.

פּוּר *m.* Sors, *Eſth.* 3, 7. *Perſicum vocabulum.* Plur. פּוּרִים *Sortes, Sortium dies*, *Eſth.* 9, 26.

פוש Abundare; Augeſcere, Multiplicare. Præterit. וּפָשׁוּ *Et abundant, multiplicabuntur*, *Habac.* 1, 8. וּפִשְׁתֶּם *Et augeſcetis, Creſcetis*, *Mal.* 4, 2. Niph. Præt. נָפֹשׁוּ *Diffundent ſe, diffugient*, *Nah.* 3, 18.

פַּשׁ *m.* Abundantia, Multitudo, *Job.* 35, 15.

פות *m.* Cardo fœmina, *ferramentum cavum januæ affixum*: *Metaphoricè* Pudendum muliebre: Aff. פָּתְהֵן יְעָרֶה *Pudendum earum nudabit*, *Jeſa.* 3, 17. *nempe per hoſtes, qui eas nudas in captivitatem adducent. Aben*

Eſra, אַחוֹרֵיהֶן *Poſteriora ipſarum. Talmudici,* פִּתְחֵיהֶן*. quod idem, Schabb..th fol. 62, 2 Sic & R. David. Græci* ἀρχύνιμα ἀυτῶν. *Aben Eſra ex aliis,* פֹּתְהֶן *Angulos capitis ipſarum, quos ſcilicet ſolent alienis crinibus ornare:* Plural. וְהַפֹּתוֹת *Et cardines,* 1. *Reg.* 7, 50.

פזז Conſolidari, Roborari: Futur. וַיָּפֹזּוּ זְרֹעֵי יָדָיו *Et roborata ſunt brachia manuum ejus, Geneſ.* 49, 24. Pih. מְפַזֵּז Subſiliens, Saltans. 2. *Sam.* 6, 16. *Sic Jonathan,* מְרַקֵּד Hoph. Part. זָהָב מוּפָז *Auro ſolido,* 1. *Reg.* 10, 18. *id eſt, optimo & depuratiſſimo: juxta Kimchium in Comment. Talmudici,* זהב מופז שדומה לפז *Quod ſimile eſt margaritæ, Joma fol.* 44. *nempe fulgore.*

פז *m.* Aurum ſolidum, *Pſal.* 21, 4. *id eſt, benè purgatum quantò enim purius, tantò ſolidius eſt:* וּמִפַּז רָב *Et præ auro multo, Pſalm.* 19, 11. *Vide* זהב.

אופז Uphas, *nomen proprium loci, Jerem.* 10, 9. *qui aliàs* Ophir *dicitur,* 1. *Reg.* 9, 28. *ubi auri optimi fuit copia:* בְּכֶתֶם אוּפָז *Auro inſigni Uphaz, id eſt, præſtantiſſimo, Dan.* 10, 5. *Quidam faciunt primitivum.*

פזר Diſperſit: Partic. Pahul, שֶׂה פְזוּרָה *Pecus diſperſum, Jerem.* 50, 17. Niph. Præter. נִפְזְרוּ *Diſperſæ ſunt, Pſal.* 141. 7. Pih. Præter. פִּזַּר עַצְמוֹת *Diſperſit oſſa, Pſal.* 53, 6. פִּזַּרְתָּ אוֹיְבֶיךָ *Diſperſiſti inimicos tuos. Pſ.* 98, 11. Pyh. Part. עַם מְפֻזָּר *Populus diſperſus, Eſth.* 3, 9.

פחד Pavit, Expavit: *Conſtruitur ſæpius cum Præpoſit.* מן & אל: Præterit. וּמִדְּבָרְךָ פָּחַד לִבִּי *Et à verbo tuo pavet animus meus, Pſ.* 119, 161. וּפָחֲדוּ אֶל־יְהוָה *Et pavebunt ad Dominum, Hoſ.* 3, 5. *id eſt, Pavidi accedent.* Pih. Partic. מְפַחֵד *Pavens, Prov.* 28, 14. Futur. וַתְּפַחֵד *Paveasq́ jugiter, Jeſa.* 51, *v.* 13. Hiph. הִפְחִיד Exterruit, *Job.* 4, 14.

פחד *m.* Pavor, *Geneſ.* 31, 42. Aff. וּפַחְדּוֹ *Et pavor ejus. Job.* 13,

Digitized by Google

Job. 13, 11. Plural. פְּחָדִים *Pavores, Job.* 15, 21. *Ex uſu Chaldaico, Teſtes virilitatis*, Teſticuli: Aff. גִּידֵי פַחֲדָיו *Nervi teſticulorum ejus, Job.* 40, 17. *habetque aliam formam vocalium ad diverſam ſignificationem notandam.* Fœmin. פַּחְדָּה. Aff. פַּחְדָּתִי *Pavor mei, Jerem.* 2, 19.

פֶּחָה *maſcul.* Dux, Princeps, Præſes, Præfectus, *Nehem.* 5, 14. Conſtruct. פַּחַת יְהוּדָה *Principem Jehuda, Hog.* 1, *v.* 1. Eſt & eâ formâ abſolutum, פַּחַת אַחַד *Ducis unius*, 2. *Reg.* 18, 24. Aff. לְפֶחָתֶךָ *Duci tuo, Mal.* 1, 8. פֶּחָם *Dux eorum*, Neh. 5, 14. *contractè pro* פֶּחָתָם. *cui ſimile vide in* פנן. Plural. פַּחוֹת *Duces, Principes*, 1. *Reg.* 20, 24. *Alia forma* פַּחֲוֹות *Eſr.* 8, 36. Aff. פַּחוֹתֶיהָ *Duces ejus, Jer.* 51, 57. Chald. פֶּחָה Princeps, Eſr. 5, 14. vel, פַּחַת v. 3. Particip. form. fœmin. פַּחֲוָתָא Duces, Dan. 6, 7.

פחז פֹּחֲזִים *m. pl.* Inſtabiles, Leves, *Jud.* 9, 4. נְבִיאֶיהָ פֹּחֲזִים *Prophetæ ejus leves ſunt, Soph.* 3, 4.

פַּחַז *m.* Rapiditas, Rapidus, *Geneſ.* 49, 4.

פַּחֲזוּת *f.* Levitas, Inſtabilitas, Rapiditas: Aff. וּבְפַחֲזוּתָם *Et rapiditate ſuâ, Jer.* 23, 32.

פֶּחָם *m.* Carbo, Pruna, *Jeſ.* 54, 16. וּפָעַל בְּפֶחָם *Et operatur prunis, Jeſa.* 44, 12. *Elias vult eſſe prunam extinctam, &* גחל *ardentem.*

פֶּחָר *m.* Chald. *Figulus*: מִנְּהוֹן חֲסַף דִּי פֶחָר Partim ex luto figuli, Dan. 2, 41.

פַּחַת *m.* Fovea, Foſſa, *Jer.* 48, 28. Plural. פְּחָתִים *Foſſæ*, 2. *Sam.* 17, 9.

פְּחֶתֶת *f.* Corroſio, Plaga corrodens, *Levit.* 13, 55.

פטר פִּטְדָה Topaſius vel Smaragdus, *Exod.* 28, *v.* 17. Conſtr. פִּטְדַת־כּוּשׁ *Topaſius Æthiopiæ, Job.* 28, 19. *Chaldæus ubique vertit Lapidem viridem, id eſt, Smaragdum.*

Digitized by Google

פטר Dimiſit, Emiſit, Laxavit, Exemit, Diſceſſit, Abſceſſit: *Hinc apud Rabinos*, נִפְטַר Dimiſſus è vivis, Mortuus: פָּטוּר Licitum, Permiſſum. Præterit לֹא פָטַר *Non dimiſerat vel exemerat Jehojada ſacerdos ullas diſtributiones*, 2. *Par.* 23, 8. Particip. פּוֹטֵר מַיִם *Laxat aquas*, *Proverb.* 17, *v.* 14. Futur. וַיִּפְטַר *Et diſceſſit à facie Saulis*, 1. *Sam.* 19, *verſ.* 10. Hiph Futur. יַפְטִירוּ בְשָׂפָה *Laxum faciunt labio*, *Pſalm.* 22, *verſ.* 8. *id eſt*, *diducunt*, *diſtorquent labia.*

פֶּטֶר *maſc.* Apertio, Laxatio: פֶּטֶר כָּל־רֶחֶם *Apertionem omnis vulvæ*, *Exod.* 13, 2. *id eſt*, *Quidquid vulvam primò aperuit*, *ſeu*, *E vulva primò emittitur*, *hoc eſt*, primogenitum: Fœm. פִּטְרָה Idem: Conſtr. תַּחַת פִּטְרַת כָּל־רֶחֶם *Pro apertione prima omnis vulvæ*, *Num.* 8, 16. *id eſt*, *primogenito.*

פְּטוּרִים Dimiſſi, Immunes, 1. *Paralip.* 9, 33. *& ita eſt Particip. Pahul: Et ſubſtantivè*, Apertiones: Conſtruct. וּפְטוּרֵי צִצִּים *Et apertiones florum*, 1. *Reg.* 6, 18. *id eſt*, *cælaturæ florum patulæ.*

פטש פַּטִּישׁ *m.* Malleus, *Jeſa.* 41, 7, *Jerem.* 23, 29. Chald. *Subligaculum*, *Femorale*, juxta Aben Eſram; Plural. cum Aff. פַּטִּישֵׁיהוֹן Subligaculis ſuis, Dan. 3, 21. ſcribitur cum י poſt ט redundante, juxta Maſorethas.

פִּיד *m.* Oppreſſio, Caſus vel Eventus malus, Infortunium, *Prov.* 24, 22. Aff. בְּפִידוֹ *In oppreſſione ejus*, *Job.* 30, 24.

פִּים פִּימָה *fœm.* Plicatura, Strigæ, *cutis propter pinguedinem conduplicatio*: וַיַּעַשׂ פִּימָה *Et effecit ſtrigas*, *Job.* 15, 27. *Quidam à Plurali* פִּים Ora *deducunt*, *de quo in* פֶּה *quaſi Orificationem dicas*, *per metaphoram.*

פכרה

Digitized by Google

פכה Pih. פִּכָּה Manare, Diffluere, Effluere, Particip. מַיִם מְפַכִּים *Aquæ manabant, Ezech.* 47, 2.

פַּךְ *m.* Lenticula: אֶת־פַּךְ הַשֶּׁמֶן *Lenticulam olei,* 1. *Sam.* 10, *verſ.* 1.

פלא Niph. נִפְלָא Mirum, Admirabile eſſe vel fieri, In admirationem rapi: Occultari, Occultum eſſe: *Conſtruitur cum Præpoſit.* מִן Præter. נִפְלֵיתִי *In admirationem rapior, Pſal.* 139, 14. *cum* י *in medio, loco* א: fœmin. הִיא נִפְלָאת *Hoc admirabile fuit, Pſal.* 118, 23. *contractè pro* נִפְלָאָה *ut Kimchi notat.* נִפְלְאַתָה אַהֲבָתְךָ לִי *Admirabilis fuit amor tuus mihi,* 2. *Sam.* 6, 26. *eſtq; cum duplici ſigno fœminino, cui ſimile vide in* הבא. Particip. לֹא נִפְלֵאת הִיא מִמְּךָ *Non eſt occultum à te, Deut.* 30, 11. Pih. Infinit. לְפַלֵּא *vide in* פָּלָה: *nam hæ duæ Radices formas inter ſe permutant.* Hiph. הִפְלִיא Mirificè, Mirabiliter, Mirifica egit, Mirificum reddidit vel effecit. *Sunt & quædam ex hujus Verbi forma, pro Segregare, quæ pertineant ad* פָּלָה. Præterit. הִפְלִיא חַסְדּוֹ *Mirificam reddit benignitatem ſuam, Pſal.* 31, 22. הִפְלִיא עֵצָה *Mirificus eſt, Mirificè agit conſilio, Jeſ.* 28, 29. וְהִפְלָא *Et mirificas efficiet, Deuter.* 28, 59. *cum Kametz ex forma* הִפְלָה. Futur. יַפְלִיא *vide in* פָּלָה. Hithp. Futur. תִּתְפַּלָּא בִי *Mirificum te exhibes contra me, Job.* 10, *v.* 16. *Aben Eſra; Vides mirabilia tua in me.*

* פֶּלֶא *m.* Admirabilis, *Jeſa.* 9, 6.

פִּלְאִי *maſc.* Mirificus, *Judic.* 13, *verſ.* 18. *quod juxta Maſorethas legendum* פִּלִי *absque* א: Fœmin. פִּלְאִיָּה *Mirifica, Admiranda, Pſal.* 139, *verſ.* 6. *quod legendum* פְּלִיאָה. *Ex hac forma præcedens legi poſſet* פָּלִיא.

פֶּלֶא *m.* Mirum, Miraculum, Mirabile, *Exod.* 15, 11. Plur. פְּלָאִים *Cum miraculis, i, e. mirabiliter, Thren.* 1, 9.

Fœmin.

Fœmin. פְּלָאוֹת *Mirabilia, Pſal.* 119, 129.

מִפְלָאוֹת *f. p.* Mirabilia: Conſtr. מִפְלְאוֹת תְּמִים דֵּעִים *Mirabilia perfecti ſcientiis, Job.* 37, 16.

פלג Pih. פִּלַּג Diviſit: Præterit. מִי פִלַּג *Quis divìdit, Job.* 38, 25. Imper. פַּלַּג לְשׁוֹנָם *Divide linguam ipſorum, Pſal.* 55, 10. Niph. Præt. נִפְלְגָה הָאָרֶץ *Diviſa fuit terra, Gen.* 10, 25.

פְּלַג *m.* Chald. *Particula, Dimidium*: וּפְלַג עִדָּן Et dimidium temporis, Dan. 7, 25.

פֶּלֶג *maſc.* Rivus, *quaſi diviſum aut Divergium fontis*: פֶּלֶג אֱלֹהִים *Rivus Dei, Pſal.* 65, 10. Plural. פְּלָגִים *Rivi, Jeſa.* 30, *v.* 25. Conſtr. פַּלְגֵי־מַיִם *Rivi aquarum, Pſal.* 1, 3. Aff. פְּלָגָיו *Rivi ejus, Pſal.* 46, 5.

פְּלֻגָּה *fœm.* Claſſis, Diviſio: Plural. Conſtr. לִפְלֻגּוֹת בֵּית הָאָבוֹת *In claſſes familiarum paternarum,* 2. *Paral.* 35, 5. Chald. *Partitio*: בִּפְלֻגָּתְהוֹן In partitiones ſuas, Eſr. 6, 18.

פְּלִיגָה *f.* Chald. *Diviſum, Diverſum,* Dan. 2, 41.

פְּלַגּוֹת *f. p.* Partes, *Jud.* 5, 15. Rivi, *Job.* 20, 17.

מִפְלַגּוֹת *f. p.* Claſſes, 2. *Paral.* 35, 12.

פִּילֶגֶשׁ פִּלֶגֶשׁ *f.* Concubina-uxor, *quæ uxor quidem erat, ſed non legitima, nec hera, ſed ſerva: unde & liberi earum non fiebant hæredes paternorum bonorum, ſed dono emittebantur, Geneſ.* 21, 24. & 25, 6. *In jure Veterum legitur*: Quæ ſunt נָשִׁים Uxores, & Quæ ſunt פִּילַגְשִׁים Uxores concubinæ? R. Jehuda dixit: נָשִׁים ſunt, quæ ſcripto ſeu inſtrumento dotali & ſolennibus ſponſalibus ducuntur: פִּילַגְשִׁים quæ neutro: *Sanhedrin cap.* 2. *fol.* 21. *Vide Kimch.* 2. *Sam.* 5, 14. *Quidam vocem compoſitam volunt ex* פָּלַג Diviſit, & אִשָּׁה Uxor, *quaſi* Uxor diviſa, *vel dimidia*: Affix. פִּלַגְשׁוֹ *Concubina ejus,*

ejus, Jud. 19, 2. Plural. פִּלַגְשִׁים וְנָשִׁים *Concubinas & uxores*, 2. *Sam.* 5, 13. Conſtr. אֶל־פִּילַגְשֵׁי אָבִיךָ *Ad concubinas patris tui*, 2. *Sam.* 16, 21. Aff. וְנֶפֶשׁ פִּלַגְשֶׁיךָ *Et animam concubinarum tuarum*, 2. *Sam.* 19, 5.

פֶּלֶד m. Lampas, Fax, Tæda: Plural. fœm. פְּלָדוֹת *Tædæ, Nah.* 2, 3.

פלה Niph. נִפְלָה Segregari, Separari: Præterit. נִפְלֵיתִי *vide in* פלא: *nam hæ duæ Radices formas inter ſe commutant:* וְנִפְלִינוּ *Et ſeparabimur, Exod.* 33, 16. Pih. Infinit. לְפַלֵּא *Segregando, Levit.* 22, 21. Hiph. Præterit. הִפְלָה *Segregavit, Pſal.* 4, *v.* 4. וְהִפְלָה *Et ſeparabit, ſeparationem aut diſcrimen faciet, Exod.* 9, 4. וְהִפְלֵיתִי *Et ſeparabo, excipiam vel eximam, Exod.* 8, 22. Imper. הַפְלֵה חֲסָדֶיךָ *Separa benignitates tuas, Pſal.* 17, 7. Futur. יַפְלֶה *Separationem faciet, Diſcrimen ponet, Exod.* 11, 7. יַפְלִא *Separaverit, Separatim expreſſerit, Levit.* 27, 2.

פְּלוֹנִי Ploni, *Nomen innominati, cujus proprium nomen reticetur, Græcè ὁ δεῖνα, Matth.* 26, 18. πρὸς τὸν δεῖνα, *Ad quendam, Ad N. Jungitur ipſi* אַלְמֹנִי, *de quo in* אלם *dictum eſt,* שְׁבָה־פֹּה פְּלֹנִי אַלְמֹנִי *Sede hic Ploni Almoni, tu N. Ruth.* 4, 1. Volunt & de loco uſurpari: אֶל־מְקוֹם פְּלֹנִי אַלְמֹנִי *Ad locum N.* 2. *Reg.* 6, 8. 1. *Sam.* 21, 2. *ſed* מְקוֹם *in conſtructione poſitum, oſtendit ſequentia vocabula virum quendam notare, ut Kimchi monet, pro. Ad locum cujuſdam N. Hinc* פַּלְמֹנִי *ex* אַלְמֹנִי *&* פְּלֹנִי *compoſitum:* לַפַּלְמוֹנִי הַמְדַבֵּר *Tali loquenti, Dan.* 8, *v.* 13. *Talmudici dicunt* פְּלָן *& emph.* פְּלָנְיָא *& fœmin.* פְּלָנִיתָא*: ut* אני פלניא בר פלניתא *Ego N. filius mulieris N.*

פָּלַח Diſſecuit: *Vicinum Verbo* פלג. Part. פֹּלֵחַ וּבוֹקֵעַ *Diſſecans & findens, Pſal.* 141, 7. Pih. Futur. יְפַלַּח חֵץ *Diſſecet ſagitta, Prov.* 7, 23. תְּפַלַּחְנָה *Diſſecant,*

cant, Dilatant, ſcilicet matricem aut ventrem ad pullos edendos, Job. 39, 6.

פֶּלַח *m.* Fragmentum, Segmentum, 1. *Sam.* 30, 12. *Cantic.*4, 3. כְּפֶלַח תַּחְתִּית *Sicut fragmen inferioris, ſcil. molæ, Job.* 41, 15.

פְּלַח· Chald. *Servivit, Coluit*: Particip. פָּלַח־לֵהּ Colis eum, Daniel. 6, 17. Plural. פָּלְחִין Colunt, Dan. 3, 12. Conſtruct. פָּלְחֵי Servientibus, Miniſtris domus Dei, Eſr. 7, 24. Futur. דִּי לָא יִפְלְחוּן Ut non colerent, Dan. 3, 28.

פָּלְחָן *m.* Chald. *Miniſterium,* Eſr. 7, 19.

פלט Evaſit, Effugit: Præt. וּפָלְטוּ *Et evadent, Ezechiel.* 7, 16. Pih. פִּלֵּט Evadere fecit, Liberavit, Eripuit: *Item,* Parere, Eniti. Particip. וּמְפַלְטִי *Et liberator meus, Pſal.* 18, 3. Infinit. רָנֵּי פַלֵּט *Cantionibus liberandi, pro, Liberationis, Pſal.* 32, 7. Imperat. פַּלֶּט־לָמוֹ *Parito eis, Pſal.* 56, 8. *vel, Liberare ſeu Liberatio eis? admirativè juxta Kimchium.* Cum ה paragogico, פַּלְּטָה נַפְשִׁי *Eripe animam meam, Pſal.* 17, 13. Futur. תְּפַלֵּט פָּרָתוֹ *Enititur vacca ejus, Job.* 21, *verſ.* 10. Hiph. Futur. וְיַפְלִיט *Et eripiet, Jeſ.* 5, *v.* 29. וְלֹא־תַפְלִיט *Sed non liberabis, Mich.* 6, 14.

פָּלִיט *m.* Profugus, Evadens, Effugiens, *Qui evaſit aut elapſus eſt, Amos* 9, 1. Plural. per Tzere in medio, פְּלֵיטִים *Evadentes, Jeſa.* 66, *v.* 19. פְּלֵטִים מֵחֶרֶב *Evadentes è gladio, Jerem.* 51, 50. Conſtr. פְּלִיטֵי חֶרֶב *Evaſores gladii Ezech.* 6, *verſ.* 8. Aff. פְּלִיטֵיכֶם *Evaſores veſtri, Qui evaſerint ex vobis, Ezech.* 6, *verſ.* 9.

פְּלֵיטָה *fœm.* Evaſio, Effugium, Liberatio, Reſiduum, Reliquiæ; *Tria ſunt absque* י *in medio,* פְּלֵטָה *Ezech.* 14, 22. *Jud.* 21, 17. 2. *Sam.* 15, 14. Conſtr. פְּלֵיטַת *Reſiduum,* 2. *Reg.* 19, 30.

מפלט

מִפְלָט *m.* Effugium, *Pſal.* 55, 9.

פֶּלֶךְ *m.* Scipio, 2.*Sam.*3, 29. Colus, *Prov.* 31, 19. *Ex ſignificatione Chaldaica,* Tractus, *Neh.* 3, 9. Aff. לְפִלְכּוֹ *Ad tractum ſuum, v.* 17.

פָּלַל Pih. Judicavit, Adjudicavit, Judicium exercuit: Præter. וּפִלְלוֹ *Et judicabit eum,* 1.*Sam.*2. *v.* 25. פִּלַּלְתְּ לַאֲחוֹתֵךְ *Adjudicas ſorori tuæ, Ezech.* 16. *v.* 52. לֹא פִלָּלְתִּי *Non judicavi, Gen* 48, 11. *id eſt, putavi, cogitavi, juxta R. Sal.* Futur. וַיְפַלֵּל *Et judicium exercuit, Pſ.* 106, 30. Niph. Præter. וְנִפְלַל *Et judicabitur, Ezech.*28, 23. Hithp. הִתְפַּלֵּל Judicem ſe conſtituit; *ſemel tantùm: Aliâs* Oravit, Supplex oravit, Supplicavit; Precatus eſt: *Conſtruitur cum Præpoſit.* ל, אֶל *&* לִפְנֵי: *quandoq; cum* עַל: *ſed id valet tùm idem quod* אֶל Præter. הִתְפַּלַּלְתָּ אֵלַי *Oraſti ad me,* 2. *Reg.* 19, 20. Futur. ex prima ſignificatione מִי יִתְפַּלֶּל־לוֹ *Quis ſe judicem conſtituet ipſi, Quis judex conſtituetur ipſi,* 1. *Sam.* 2, 25.

פְּלִילִי *m.* Judex; Judicialis: עָוֹן פְּלִילִי *Iniquitas judicis, Job.*31, 28. *id eſt, judiciaria, quæ ad judicem pertinet:* Plural. פְּלִילִים *Judices, Deut.* 32, 31.

פְּלִילָה *f.* Judicium, *Jeſa.* 16, 3.

פְּלִילִיָּה *f.* Judicatio, *Jeſa.* 28, 7.

תְּפִלָּה *fæm.* Precatio, Oratio, *Jeſa.* 1, *verſ.* 15. Conſtr. אֶל־תְּפִלַּת עַבְדְּךָ *Ad orationem ſervi tui,* 1.*Reg.*8, 28. Aff. תְּפִלָּתוֹ *Oratio ejus, Prov.* 28, 9. Plur. תְּפִלּוֹת *Orationes, Pſal.* 72, 20.

* פְּלֹמֹנִי פלם *Vide ſuprà in* פלה.

* פְּלוֹנִי פלן *Vide ſuprà in* פלה.

פָּלַס Pih. פִּלֵּס Libravit, Appendit: *metaphoricè,* Expendit, Conſideravit: Particip. מְפַלֵּס *Expendit, Prov.* 5, 21. Imper. פַּלֵּס *Expende orbitam, pe-*

dis tui, Prov. 4, 26. Futur. יְפַלֵּס נָתִיב *Libravit ſemitam, Pſal.* 78, 50.

פֶּלֶס *m.* Statera, Bilanx, *à librando, Proverb.* 16, 11. *Jeſa.* 40, 12.

מִפְלָשִׂים *m. plur.* Libramenta, Pondera; Conſtr. עַל־מִפְלְשֵׂי־עָב *De libramentis nubis, Job.* 37, 16. *& Sin eſt loco Samech, juxta Aben Eſram.*

פלץ Hithp הִתְפַּלֵּץ Tremere, Contremiſcere: Futur. יִתְפַּלָּצוּן *Contremiſcant, Job.* 9, 6.

פַּלָּצוּת *f.* Tremor, Terror, Horror, *Jeſa.* 21, 4.

מִפְלֶצֶת Horror, Horriculum, Idolum, 1. *Reg* 15, 13. *ſic dictum,* שהוא מביא פלצות וצרות רבות לעובדיו Quia adducit horrorem & calamitates multas cultoribus ſuis, *ſcribit hoc loco R. Levi, cui aſſentit Kimchi. Apud Talmudicos legitur:* מפלצת *dicitur,* דהות מפליא ליצנותא Eò quòd mirificum riſum præbuerit. *Quid ita? R Joſeph docuerat:* כמין זכרות עשתה לה והיתה נבעלת בו בכל יום: *Tractatu de Idololatria, cap.* 3. *fol.* 84. *editionis Venetæ. Meminit eorum R. Salomon ad præcedentem locum, & eò reſpexit ſine dubio author Vulgatæ Latinæ, ad quam conferatur Lyra. Sed omninò ab Horrore hoc Idolum dictum fuit, ſicut aliâs à Terrore, ut eſt in* אימה: Aff. אֶת־מִפְלַצְתָּהּ *Horrendum idolum ejus, Ibid. &* 2 *Paral.* 15, 16.

תִּפְלֶצֶת *fœm.* Horror: Aff. תִּפְלַצְתְּךָ *Horror tuus, Jer.* 49, 16. *Horrenda potentia tua, vel, horrenda terra tua, in qua nimium confidis.*

פלש Hithp. הִתְפַּלֵּשׁ Volvere, Volutare ſe: *vel* Conſpergere ſe: Imperat. הִתְפַּלְּשׁוּ *Volutare vos, ſcil. in pulvere vel cinere, juxta Hebræos, Jer.* 25, 34. וְהִתְפַּלְּשִׁי בָאֵפֶר *Voluta te in cinere, Jer.* 6, 26.

הִתְפַּלְּשְׁתִּי

Digitized by Google

הִתְפַּלָּשְׁתִּי *Idem, Mich.* 1, 10. *Scribitur cum* ת *redundante, ut Maſorethæ notant.*

* מִפְלְשִׂים *Vide paulò antè in* פלס.

* פַּן *Vide ſuprà in* פון.

פַּנַּג Phænicia, *Nomen regionis, ut quibusdam placet, Ezech.* 27, 17. *Kimchi hîc annotat, Joſephum Gorionidem explicare* אפרסמון, *quod vocant* Balſamum, *Idem tradit R. Salomon. Ejus in Jericho fuit copia, unde & à* רֵיחַ *Odore bono nomen accepit.*

פָּנָה Aſpexit, Reſpexit, Spectavit: Vertit, Avertit, Convertit, Divertit, Declinavit, *quomodo pro diverſa conſtructione reddi poteſt. Conſtruitur autem præcipuè cum Præpoſit.* אֶל, ל, מן *&* עַל. Præteritum, פָּנָה הַיּוֹם *Divertit dies, abit, declinat, Jer.* 6, *v.* 4. אָנָה פָּנָה *Quò reſpicit, vertit ſe dilectus meus, Cantic.* 5, 17. וּפָנִיתָ בַבֹּקֶר *Et vertens te manè, revertens, Deuter.* 16, 7. כָּל־יָמֵינוּ פָּנוּ *Omnes dies noſtri declinant, Pſal.* 90, *v* 9. Infinit. לִפְנוֹת עֶרֶב *Aſpiciente veſperâ, Quùm appeteret veſpera, Geneſ.* 24, *v.* 63. לִפְנוֹת הַבֹּקֶר *Quùm appeteret manè, Jud.* 19, 26. *&c.* Pih. פִּנָּה Amovit, Expedivit, Paravit, Præparavit: Præterit. פִּנָּה אֹיְבֵךְ *Expedivit inimicum tuum, Soph.* 3, 15. וּפִנָּה דֶרֶךְ לְפָנָי *Et expediat, præparet viam ante me, Malach.* 3, 1. Hiph. הִפְנָה Aſpicere fecit Faciem advertit, avertit vel obvertit: Reſpexit, Vertit ſe: Præteritum, הִפְנָה עֹרֶף *Obvertit cervicem, Jerem.* 49, 36. ולא הִפְנוּ *Ut non obvertant vel avertant faciem, Jerem.* 46, *v.* 5. הִפְנְתָה לָנוּס *Vertit ſe ad fugiendum, in fugam, Jerem* 49, *v.* 24. Hoph. Præter. הָפְנוּ *Fiet ut avertant ſe, Jer.* 49, 8. Particip. מָפְנֶת *Obverſa, Ezech.* 9, 2.

פָּנִים *m. plur.* Facies, Aſpectus, Conſpectus, Superficies, & *qualibet externa anterior rerum ſpecies:* פָּנִים

אֶל־פָּנִים *Facie ad faciem*, *Gen.* 32, 30. πρόσωπον πρὸς πρόσωπον, 1. *Cor.* 13, 12. *Facies autem anterior rei pars eſt: inde ſumitur pro*, Antè, A frontè: פָּנִים וְאָחוֹר *Antè & retrò, A frontè & à tergo, Ezech.* 2, 10. Cum ל ab initio, *Temporis eſt*, Antè, Anteà, Priùs: לְפָנִים *Antea, Joſ.* 14, 15. Accedit ipſi etiam Mem, מִלְּפָנִים *Ab antè, A ſuperiore tempore, Ab antiquitate, Jeſ.* 41, 26. Conſtr. פְּנֵי אֱלֹהִים *Faciem Dei, Geneſ.* 33, 10. עַל־פְּנֵי תְהוֹם *In ſuperficie abyſſi, Geneſ.* 1, 2. *Eſt & interdum*, Coram, E regione, Ex adverſo, In conſpectu, A fronte. *Gen.* 25, 9. 18. *Gen.* 11, 28 *ſed frequentiſſimè ſuper addito* ל *ab initio:* לִפְנֵי *Ad conſpectum, Coram, Ante:* לִפְנֵי מוֹתִי *Ante mori me, Antequam moriar ego, Geneſ.* 27, 7. מִלִּפְנֵי *A facie, E conſpectu, præſentiâ, Jonæ* 1, 3. Propter, 2. *Par.* 32, 7. מִפְּנֵי A facie, A conſpectu, Propter: מִפְּנֵי אֲשֶׁר Propterea quòd, *Exod.* 19, 18. Aff. פָּנָיו *Facies ejus, Gen.* 32, 20. לְפָנָיו *Ad conſpectum ejus, Coram eo, Geneſ.* 43, 33. Temporis, לְפָנָיו *Ante eum, Joſ.* 10, 14. מִלְּפָנָיו *A conſpectu ejus*, 2. *Reg.* 5, 27. Semel fœmininum eſt: פָּנַיִךְ מֻעָדוֹת *Quò facies tuæ comparatæ vel conſtitutæ ſunt, Ezech.* 21, 16.

פְּנִים *m.* Interius, Intimum, *quaſi Anterius dictum, quòd introrſum pergenti interiora ſint antè, exteriora retrò:* Cum ſervilibus ab initio, מִלִּפְנִים Intrinſecus, 1. *Reg.* 6, 29. Cum ה locali, פְּנִימָה Intus, Intrò, Intrinſecus, *Lev.* 10, 18. לִפְנִימָה *Intrinſecus*, 1. *Reg.* 6, 30. מִפְּנִימָה *Idem, v.* 19.

פְּנִימִי *m.* Interior, Intimus, *Ezech.* 41, 15. Plur. הַפְּנִימִים *Interiora*, 1. *Par.* 28. 11. Fœm. פְּנִימִית *Interius*, 1. *Reg.* 6, 36. Plur. הַפְּנִימִיּוֹת *Interiora*, 2. *Par.* 4, 22. *& hic Mem ſervile tranſit in radicale.*

לִפְנַי *maſc.* Anterius, 1. *Reg.* 6, 17.

פנן פִּנָּה *f.* Angulus, Extremitas: לְרֹאשׁ פִּנָּה *In caput anguli, Pſ.* 118, 22. Conſtr. עַד־פִּנַּת שַׁעַר *Uſque ad*

Digitized by Google

ad angulum portæ, Jer. 31, 40. Aff. פִּנָּתָהּ *Anguli ejus, Job.* 38, 6. Et contractè, פִּנָּהּ *Angulum illius, pro* פִּנָּתָהּ *Prov.* 7, 8. *cui ſimile vide in* צוּר *inter Nomina*: Plur. הַפִּנִּים *Anguli, Zach.* 14, 10. Fœm. פִּנּוֹת הַבַּיִת *Angulos domus, Job.* 1, 19. *Item* Turres angulares, *Soph* 1, 6. *Metaphoricè* Principes, Primores, Capita *populi, ut Chaldæus explicat, quòd ipſi ſint urbi, quod Angulus firmus ſeu Lapis angularis muro, ut Kimchi ſcribit, Jud.* 20, 2. 1. *Sam.* 14, 38.

פְּנִינִים *m. p.* Margaritæ, Carbunculi, *lapides pretioſi in ignitum rubentes, Thren.* 4, 7. *Prov.* 20, 15. מִפְּנִינִים *Præ carbunculis, Prov.* 8, 11.

פנק Pih. פִּנֵּק Delicatè educavit: Partic. מְפַנֵּק עַבְדּוֹ *Delicatè enutriens à pueritia ſervum ſuum, Prov.* 29, 21. *Chaldæum propriè eſt.*

פסג Pih. פִּסֵּג Extulit, Suſtulit, Elevavit: Imperat. פַּסְּגוּ אַרְמְנוֹתֶיהָ *Attollite palatia ejus, Pſal.* 48, 14. *R. Salom.* הַגְבִּיהוּ *Extollite: Aben Eſra,* הַבִּיטוּ *Intuemini, Oculos attollite in ea: R. David,* חַזְּקוּ *Munite.*

פִּסְגָּה *f.* Collis, *Num.* 21, 20.

פסח Tranſiit, Tranſiliit; *Conſtruitur cum Præpoſit.* עַל: *Item,* Claudicavit: Præt. אֲשֶׁר פָּסַח *Qui tranſivit, Exod.* 12, 27. וּפָסַחְתִּי עֲלֵכֶם *Et tranſibo præter vos, verſ.* 13. Part. פֹּסְחִים *Claudicatis,* 1. *Reg.* 18, 21. Infin. פָּסוֹחַ *Tranſeundo, Jeſa.* 31, 5. Niph. Fut. וַיִּפָּסֵחַ *Et claudus redditus eſt,* 2. *Sam.* 4, 4. Pih. Fut. וַיְפַסְּחוּ *Et tranſilierunt,* 1. *Reg.* 18, 26.

פֶּסַח *m.* Tranſitus, Tranſitio *propriè: Metonymicè* Agnus, *qui mactabatur & comedebatur ab Iſraëlitis in Ægypto, cùm Angelus, Ægyptiorum primogenitos occidens Iſraëlitarum domos ſanguine agni iſtius conſperſas & ſignatas, Tranſiret: & Iſraëlitis parceret. Hinc agnus iſte vocatur* Pæſach, Paſcha, Phaſe, *i. e. Tranſitus, quòd ſanguis ejus*

domibus aſperſus, tantùm eſſet ſignum iſtius Tranſitus, *Exod.* 12, 11. *Item*, Feſtum Paſchatis, quo agnus iſte comedebatur, 2. *Reg.* 23, 21. 22. Plur. *Super jugulatione* הַפְּסָחִים *Paſcharum*, 2. *Par.* 30, 18. *id id, agnorum paſchalium.*

פִּסֵּחַ *m.* Claudus, *Lev.* 21, 18. Plurale absque Dageſch, פִּסְחִים *Claudi*, *Jeſa.* 33, 23.

פסל Dolavit, Sculpſit: Præteritum, כִּי פְסָלוֹ יֹצְרוֹ *Quòd ſculpſerit illud formator illius*, *Hab.* 2, 18. Imper. פְּסָל לְךָ *Sculpe tibi*, *Exod.* 34, 1.

פֶּסֶל *m.* Sculptile, *Idolum ſculptum & dolatum*, *Exod.* 20, 4. Aff. עֵץ פִּסְלָם *Lignum ſculptilis ſui*, *Jeſa.* 45, 20.

פָּסִיל *m.* Idem: Plural. אֶרֶץ פְּסִלִים *Terra ſculptilium*, *Jer.* 50, 38. מִן־הַפְּסִילִים *A ſculptilibus*, *Jud.* 3, 19. 26. *Quidam*, *E lapidicinis.* Conſtr. פְּסִילֵי אֱלֹהֵיהֶם *Sculptilia deorum ipſorum*, *Deuter.* 7, *verſ.* 25. Aff. פְּסִילֶיךָ *Sculptilia tua*, *Mich* 5, 13.

